rusticus haberis, ni eã cuius leuã amplexus saltasti,
disuauiatus fueris. Cæteri lusus impudẽtiores, atq; ad
merã lasciuiã excogitati, à me nõ dicẽtur, utinã ab illis
nõ agerẽtur. Quorũ si tu ꝗcquã recusaueris, si qd gra
uius, si qd prudẽtius agere tẽtes, inurbanũ, illepidũ, tri
stẽ, agrestẽ, atq; à cõi hominũ sensu ab horrẽtẽ ducũt.
Id ignominiæ ut caueas, quã nõ turpitudinẽ admittas?
Sic fit dũ fugis odio esse, dũ pudet difficilẽ uideri, dũ
pudet non esse impudentẽ (ut diuus ait Augustinus)
omnẽ pudorẽ dediscas, ac simili scabie infectus, & ip
se alios ꝑgis inficere. Sed fac tibi cũ nemine esse impro
bo cõsuetudinẽ (quãquã miror istud ut fiat) solet nõ mo
bi uirus nõ cõtactu mõ (unde nomẽ duxere cõtagia)
uerũ etiã aspectu serpere. Quũ spectãt oculi lesos, læ
dũtur & ipsi. Ego qdem irritamentorũ, qbus ad tur
pissima quæq; impellimur, oculos multo maximã par
tem puto. Tu igitur Iodoce optĩe, si uitæ tuæ cõsultũ
uelis, fac ab ista scabie te ꝙ maxĩe seiũxeris, atq; ad
eos cõferas, quorũ te reddat cõsuetudo emendatiorẽ.

De feliatate uitæ solitariæ. Cap. VIII.

QVanꝙ itaq; hæc cõmemorasse abũde satis esse
puto, attamen ne alacer modo istinc exilias,
uerũ lætus ac lubens huc aduoles, id est, nõ tã
seculi mala perorsus, quã nostrarũ deliciarũ cupidus,
nunc uitæ nostræ cõmoda paucis cõmemorasse haud
ab re fuerit, id quod breuius fieri necesse erit, tũ quod
tantũ tẽporis & chartæ & operæ cõmemorãdis re
strictim seculi malis dedimus, tũ his narrãdis minus
supsit, quã rei imensitas posat (quãquã qs huic rei ser
mo, aut qd' sermoni tẽpus, par fuerit) tũ qd' te iã due
dum nostræ loquacitati subira a suspicor, tũ etiã quod
eæ res sunt, quæ facilius sentiãtur quã narrentur. Ma
lim igitur te eas expimẽto, ꝙ nostro sermone discere,
explorare, ꝙ psuaderi. Tu modo fac te ex isto turbido
rerũ strepitu, ad nos ocyus recipias. Tũ demũ intelli
ges, quantũ absit à uera feliatate, & falsa, & fallax
mũdi ꝓsperitas, quãto nostri labores uestris præstẽt
delitijs. Intelliges inꝙ experrecti more, q dũ sõniaret,
ea simulachra ꝙ dormiẽti illudebãt esse uera existima
bat, gaudebat, trepidabat, æstuabat, & mille mota
batur affectibus, sed simul atq; sõno soluitur, se uanis
imaginibus illusum cõperit, ridetq; ipse sua insomnia.
Ita tu ubi instituti nostri feliatas cõperta erit, tũ quo
ties illa pristinæ uitæ somnia aĩo iã uigilãti subierint,
nab inges, adeò ne delirasse me unꝙ, ut hæ atq; illæ nu
gæ me delectauerĩt (Itá ne rapuisse animũ inaniũ ho
norũ fantasmata, ut uerorũ ne cupido qdem ulla subi
erit? Nũc igitur Iodoce, ni sõnio ꝙ re beatus esse ma
uis, si dormis expgiscere, sin dormitas, ne sõno altior
tẽporibus obrepat, oculos excute, sin uero, qd' magis
reor, uigilas, ne quãdo dormientiũ exẽpla et religiõis
sõnifera qdã uis somnũ inire suadeat, ex illa Babylone
terra insomniorũ ũbrarũq; plena euolare, qd' potes ꝓ
pera, atq; ad nostrã Hierusalẽ aduola. Quid spectas?
Quid

Sic vos non vobis fertis aratra boves
Sic vos non vobis vellera fertis oves

15

Sic vos non vobis mellificatis apes
Sic vos non vobis nidificatis aves
Hos ego versiculos feci tulit alter honores

# DE CON-
# TEMPTV MVNDI EPISTO-

*la D. Erasmi Roterodami, quam con-*
*scripsit in gratiam ac nomine*
*Thedorici Harlemei Ca-*
*nonici ordinis diui*
*Augustini.*

*Cum Indice marginali recens adiecto.*

AN. M. D. XLII.

## ERASMVS ROTERODAMVS Candido Lectori. S. P. D.

SAepe questus sum optime lector, me grauari studijs amicorū, q̄ me uiuo & reclamante euulgant quaslibet nugas, quas puer etiā exercendi stili gratia lusi, nihil minus cogitās, q̄ ut in hominū manus uenirent. Qua q̄dem in re hoc etiam sum infœlicior, quod nunc ꝓdeunt hoc fœlicissimo seculo, minus obnoxia futura sannis hominū, si tum fuissent ædita, cū primū essent condita. Nunc legūtur ut à sene ꝓdita, quæ nec adolescens in hoc scripsi, & leguntur ab hac ætate, quæ tam multos habet naris emunctissime. Olim uix annos natus uiginti, ad improbas preces Theodorici cuiusdam, q̄ adhuc in uiuis est, scripsi epistolā, qua ille cupiebat Iodocū nepotē ad suæ uitæ consortiū euocare. Huic sepius descriptæ, & passim euulgatæ meū addidere nomen, cum mihi nullus sit nepos Iodocus. Alieno stomacho scripsi, & ut res ipsa clamitat, scripsi neglecte, ludens ex tēpore in locis cōmunibus, nulla tū instructus autorū lectiōe. Ac palam minitabantur sese æditurū, nisi æderem ipse, relegi, ac pauculis uerbis immutatis, passus sum officinis cōmitti. Sic opinor fiet aliquādo, ut desinā pueritiæ meæ nænias adamare. Bene uale lector optime, & si legis hæc, cum nenia lege, & sic lege, ut alieno scripta stomacho.

THEODORICVS HARLEMEVS
Iodoco nepoti doctiss.mo, S. D.

OLIM quidē Iodoce adolescens charissime, non mediocris mihi ad te scribendi incessit cupido, sed hactenus pudore magis quā negligentia silui, ueritus scilicet ne te singulari tum prudentia tum eruditione hominem, ego admonere parans (ego inquā natu quidē haud multo maior, cæteris autē rebus lōge inferior) aut ululas Athenas (ut in prouerbijs est) aut in syluā ligna ferre uiderer. Non quod dubitarē quin tu (ut es animo lenissimo optimoq;) adhortationē nostram in optimam partem acciperes, sed ne ego parū modesti uiri officio functus uiderer, qui te admonere tentarim, à quo me admoneri lōge æquius erat. Quid igitur faciam? Scribamne? At id pudor uetat. Sileam uero? At è regione id amor tui Iodoce non sinit. Ergò ne perpetuo hærebit in dubio animus, hinc suadente amore, hinc disuadente pudore? Verum ambiguo animo uix quicquàm est molestius. Vincat tandem uincat quod æquum est uincere, cedat amori pudor. Pluris mihi debet esse tui cōmodi ratio, imò tuæ salutis, quàm alienæ de me opinionis. Quod si nostrum scribendi officium arrogantiæ magis quàm prudentiæ, eatenus certe peccato meo danda uenia erit,

quatenus ab amore(qui nihil cõsulte agere solet)fe ctum uidebitur. Malui enim amãter scribendo audentius, q̃ prudẽter tacẽdo prudentius agere. Nec uereor omnino ne hoc patrono(amorẽ nostrũ loquor)absolui nequeam. Neq; enim aut simplex est aut uulgaris sed & genuinus & singularissimus. Maxime siquidẽ ac plurimæ necessitudinis tecũ mihi causæ intercedũt mutui à pueris cõuictus, mira quædã animorũ cõsensio, cõmunia optimarũ artiũ studia, innumera tua erga me officia, deniq; singularis & tua & tuorũ in me beneuolẽtia. His omnibus etiã sanguinis affinitas accedit. Quid autẽ ea necessitudine potest esse copulatius, quæ quasi duplici catena colligatur, hinc sanguinis uinculo, hinc cõiunctissima quadã charitate animorũ? Itaq; uelim sic tibi mi Iodoce psuadeas, neminẽ unq̃ sibi q̃ tu mihi es, fuisse chariorẽ. Quãdo autẽ te æque atq; meipsum diligo, aut etiã amplius, æquissimũ est ut tua salus nõ minori mihi curæ sit q̃ mei ipsius, imò fiat id(nescio quo pacto)uerus amor, ut acerbius amici q̃ nostra incõmoda doleamus, eiusq; cõmodi q̃ nostri simus cupidiores, deniq;(ut paucis dicã)fiat ut homo sit homini charior q̃ ipse sibi. Qd' equidẽ de te sperare, de me plane affirmare possũ. Hinc mihi eã fiduciã sumpsi, ut modestiæ paulisper oblitus, hãc hortatoriã ad te epistolã scriberem, qua te plane à mũdi strepitu cõmertioq; abducere, atq; ad monasticam, id est, solitariã tranquillamq; uitam transferre

A beneuolentia exordiũ.

Propositio totius argumẽti.

cupio. Res ardua, & quæ nõ passim uulgo ꝑsuadea-tur, sed quoniã ea uitæ tuæ integritas est, ut iam nũc præter habitũ (in quo mihi quidẽ gratulor) propè nihil suũ in te mundus habeat, exhortationẽ meã non inanem futuram confido, quandoquidẽ eodem te & optimi animi impetus, & nostra uocat oratio. Quis enim dubitat ei rati cursum esse facillimũ, quæ & uentis fertur & amne secũdis? Quanquã autẽ in optimã spem tua me ꝓbitas uocet, nunquã tamẽ timere desinam, donec nequissimo isti & lubrico sæculo ualedixeris, atq; ad cœnobiũ tanquã in tutissimũ sinũ te receperis. Quoties enim (crede mihi) discrimina in quibus tua uita uersatur mecũ ꝑtracto (id autẽ facio propè semper) toties singularis tui amor anxiũ me atq; solicitũ reddit, nec aliter afficior q̃ pia mater quæ gnato unico, eodemq; charissimo fretũ aliquod crebris infame naufragijs nauigante, sæuissimũ uentorũ turbinẽ surgere non sine lachrimis uidet, pallesat, trepidat, æstuat, gnatũ in somnis cogitat, gnatũ dormiẽs somniat, semperq; animo peiora ueretur, semperq; timet grauiora pericula ueris. Atq; utinam ego nõ minora ueris pericula timeã. Sed noui ego, noui Iodocè noui, quos istud sæculi fretũ habeat motus, quæ uitæ ꝑicula, quot mortiũ genera, unde pridẽ fassa rate uix exigua uehente tabula nudus euasi. At tu forsan ceu temere securus timidiusculũ me uocãs securũ esse iubebis. Atq; isto pacto pectori nostro metũ nõ exemeris, imò ad-

Argumẽtationis astutia.

duxeris, tantumq; ab es ut securũ præstiteris, ut spem etiã nostrã ꝓpemodũ omnẽ labefeceris. Tanto enim ꝑiculosius discrimini pates, quãto minus ĩtelligis, aut certe si intelligis nõ caues, nihil ista cõfidentia ꝑniciosius, nihil demẽtius. Quid enim eo nauita uecordius, q inter spumãtes aspergine scopulos, syrtes furentes, uoracesq; pelagi uortices tẽpestate sæuissima, rate deniq; parũ firma, nauigãs nihil metuat ꝑiculi, sed ad gubernaculũ resupinus cantet, uectoresq; suos uetet esse sollicitos? Quis nõ eiusmodi homĩs & temeritatẽ exhorreat, & incolumitati timeat? Neq; ego mi Iodoce prius tibi timere desinã, quã tu inquietissimũ istud seculi pelagus desines temerarius nauigare. Ridicula (inques) cõparatio. Quid seculi & pelago cõuenit, cũ altero nihil sit blãdius, altero nihil horridius? Imò (si ꝓpius intẽdere uacet) haud scio an ulla sit accõmodatior. At ubi syrenũ male dulces moduli, qbus præter nauigantes sopire, tumq; mari mergere solitæ feruntur, male blandas, seculi illecebras inepte uidẽtur exprimere. Quæ utinã uideas quos adolescentiæ tuæ laqueos, quos dolos, quæ retia tetenderint. Harũ igitur sic littus fugias (fuga enĩ tutissima est) nec temere cõfidas istac te ĩpune nauigaturũ, ubi fecisse naufragiũ uides Dauid, Solomonẽ, uẽq; alios et plures et nobiliores, q̃ ut hoc loco cõmemorãdi sint. Hoc breuiter dixerĩ, Nemo penè euasit, nisi q fugit Vlysses (Home. autore) q sapiẽs ꝑfectiq; ꝑsonã gerit, syrenũ istarũ uoces

Seculi pelagiq; periculorum collatio.

Syrenes.

ces multo studio(ut q̃ cera aures oppleuerit,seq; ma-
lo rudēte astrixi )uix effugi. Tibi porrò qd spei est in
cuius unius pniaē tot pariter res conurarunt, ætas la
sauiēs, forma allitiēs, opes, facultas, libertas, mōstrorū
deniq; istorū heu nimiū dulciū nocturna diurnaq; car
mina. Nec tibi minus metuēdos censeo ꝓminētes istos Scopuli.
atq; acutos scopulos, secularium dignitatū fastigia, in
quos si te uiolentior flatus īpulerit, pulchre se tibi res
habebūt si breui tabula natantē ī littus aliqd' ignotū Charyb-
ꝓcella eijciat. Quid charybdiū iexplebiles uoragines, dis.
q̃ si q̃ forte corripuére ratē currentē sistere, atq; cre
brius ī orbē actā absorbere memorātur, nū obscurū
habēt auaritiæ simulachrū? q̃ īsatiabili habēdi studio
pectus exagitās nunq̃ sinit esse q̃etū, donec absorptū
barathro demergat. Nūc syrtiū furibūdos æstus, indo Syrtes.
mitos irarū īpetus accipe, quarū istic tanto copiosior
materia, quāto offensa crebrior. Quid uenti? Nōne tū Venti.
assentatorū, tū maledicorū sermones pestiferos pul-
cherrime referūt? Qui (nihil refert) unde flent, ꝓinde Cautes.
utriq; timēdi. Nā si secūdi, in asperrimas cautes pup-
pim præcipitē ferūt, sin aduersi, nihilominus in syrtes
agūt. Et qd horrēda illa fluctuū alternatio, modo ad Procellæ.
sydera sese tollentiū, modo in seipsa residentiū, q̃ apte
fortunæ uicißitudinē uarietatemq; exprimit, qua ple-
rumq; fractus animus ad impatientiā deijcitur, dū nu
per beatus subitā calamitatē ferre nesciat. Prætereo
tempestates, taceo nocturnos errores, sydyderum fallaci-

dam, beluarũ, quas põtus alit, mille genera nõ cõ nc-moro, quæ ipse pro tuo ingenio & plenius excogitabis, & rectius interpretabere. Quid q, ne tũ quidẽ fidendũ est, cũ tibi placidũ blãditur æquor, cũ se uitreæ strauere procellæ, cum aeris arridet serenior facies? Id enim agitur, ut te subita tẽpestas sopitũ inueniat. Proinde haud scio, sit ne seculi prosperitate uirtuti aduersius quicquã, quicquã nocentius, quicquã inimicitius. Nã scriptura teste, multos quidẽ frãgit calamitas, longe uero plures prosperitas soluit. Tu igitur mũdo blãdiẽti caue quicq̃ fidas, ne te (qđ deꝰ auertat) fracta naui natantẽ poetico illo defleamꝰ uers. Ene. v

Aequor placidum & fallax.

O nimium cœlo & pelago confise sereno

Nudus & ignota Palinure iacebis arena.

## PERICVLOSVM EST MOrari in mundo. Cap. II.

VIden optime Iodoce quãta te circũstent pericula, cui uel ipsa est periculosa tranquillitas? Quid? tu ne speras hæc te superare discrimina, ut nihil ulla ex parte detrimẽti capies, presertĩ ĩ ista ætate quæ uel suopte ĩpetu in flagitia pna fertur, nedũ cũ tot irritamẽtis ĩpellitur? At spero inqs. Speres licet, et ego quoq; unà spero, sed tamẽ uereor ne frustra sperauerimus. Tu uelim hãc nostrã spẽ pauló reddas securiorẽ. Sed facile suspicor qđ inter hæc legẽda tecũ submurmures. Vsq; adeo ne istic tuta sunt omnia? Itáne soli seruabũtur monachi? Ergó ne perituri oẽs

cæteri

cæteri? Minime uero. Nõ diffiteor & istic esse, quorũ nomina liber ille uitæ teneat annotata, neq; q in monasterium cõmigrarunt, ij cõtinuo res suas ita in tuto collocauêre, ut planè securos uiuere liceat. At tantũ inter hoc & istud uitæ genus interest, quantũ ĩter eũ q iam in portu nauigat, tametsi nondũ retinacula fixerit, & eũ q medio adhuc pelago fertur, uel potius inter eũ q natat in undis, & eũ q terra facit iter. Nõ perijt q cõmoratur in mundo, sed piculo ꝓpior est. Ego uero mi Iodoce, quoniã tibi optime consultum uelim, sumq; tuæ salutis fortasse teipso studiosior, discrimina fugere, tuta captare iubeo. Qui amat periculum (ut ait sapiens) peribit in illo. Quæso te, quorsum opus est sæuis iactari fluctibus, cũ terra pateat iter & tutius & cõmodius? Quis (nisi ꝓrsus oculis captus) q nõ uideat longe esse tutius, iucundius, cõmodiusq; p amena atq; uirentia prata absq; formidine iter agere, quã inter tot mortis imagines, ꝑpetua cũ anxietate uersari? Eò ne cecitatis uentũ est, ut nostris etiam erumnis delectemur, & (ut apud Vergiliũ est) Insano iuuet indulgere labori? Huc ades o Iodoce, quis est nam ludus in undis?

Hic uer purpureum, uarios hic flumine circum
Fundit humus flores, hic candida populus antro
Imminet, & lente texunt umbracula uites.
Hûc ades, insani feriant sine littora fluctus,
Hic liquidi fontes, hic mollia prata uirensq;

*Hic nemus, hic ipso tecum consumerer æuo.*

*Libuit hoc Vergiliano carmine te ad nostras delitias ab istis auocare fluctibus. Sed nescio qbus præstigijs, animi tibi fascinat oculos, male blanda mūdi species, gestientemq; animū itidem, ut uisco quodā impeditū moratur ac detinet. Subit enim cōtinuo fucata illa rerum facies, iamq; euntem blande reuocat, qd ingens agis demens? Cur & te & tuos is perditū? Ità ne uniuersos deseris crudelis? Vt sodales charissimos atq; amicorum turbam contēnas, parentū non miseret? Et quid tandē animæ miseræ illi futurum censes, quæ te amat misere, quæ te deperit, quæ te maritū optat? Vide etiam atq; etiam quid inceptes. Mollior es quàm qui rem tam durā pfiaas Ista ætas, ista forma multo alijs rebus conueniunt. Vah tam indigne æui florem pateris excidere? Solus perpetua merens carpere iuuenta? Senibus, qbus iam uita desijt esse suauis, ista relinquas, tu puer es, nec te quicq̄ nisi ludere oportet. Vel illud respice, Domi res tibi ampla est, futura amplior si māseris Ea perit. Honoribus satis ornatus es, clariores impendēt ni te subtraxeris. Hæc oēs quærunt, tu unus quæsita relinquis? Ergó ne abis nunq̄ post hac his fruiturus gaudijs, his opibus, his & his cōmodis? Saltem da spatium tenuemq; moram, male cuncta ministrat impetus. Audisti, audisti? Et istæ syrenum uoces sunt, sed tu p salutē tuā caue auscultaueris. Vlyssem te præsta, Mentem tibi excantabunt.*

si aure

ſi aures accõmodes. Blãdiſſime quidẽ ſunt, atq; ita ut uel ſaxea pectora permoueãt, ſed mortiferas eſſe atq; in æternũ exitiũ ducere memineris. Huc potius aures, huc oculos, huc animum flecte, collige quicquid in te eſt uiriũ, intende (quã potes acerrime) mẽtis aciẽ, nihil tibi ineptus blandiaris, rẽ ipſam introſpice, uidebis profecto (ſi qd tamen uidebis) quã putida, quã inania, quã deniq; te ſint indigna, quæ euolare non ſinunt.

De contemnendis opibus, Cap. III.

QVid enim tibi pollicetur mundus quod tanti ſit ut eius gratiam ſalutẽ tuã in dubiũ uenire ſinas, atq; à noſtris uelis abeſſe delicijs? Quid inquã tibi pollicetur? Opũ affluentiã? Nã eas ĩ primis mirãtur mortales. At his nihil miſerius, nihil uanius, nihil pniciosius. Hæ omnis flagitij & magiſtræ et miniſtræ. Neq; enĩ temere omniũ malorũ radicẽ ſcriptura appellat cupiditatẽ. Hĩc amor ſceleratus habẽdi naſcitur, hĩc iniuriæ oriũtur, hĩc factiões pullulãt, hĩc furta, hĩc peculatus, hĩc ſacrilegia, hĩc rapinæ, hĩc latrocinia pſiciſcuntur. Hæ iceſtus pariũt, hæ adulteria gignũt, hæ ſtupra nutriũt, hæ amores inſaniſſimos luxũq; alũt. Deniq; qd nõ mortalia pectora cogit auri ſacra fames? Vides igitur q̃ ſapuit Flaccus Horatius, q eas ſũmi materiã mali uocãs, ĩ mari præcipites dari iubet, ſi ſcelerũ (inquens) bene pœnitet. Tãta enĩ rebus ſocietas, ut etiã uocabulis ipſis cognatio quædã eſſe uideatur uitijs ac diuitijs. Quotumquenq; mihi dabis I. Timo. 6.

diuite

diuitū, qui non alterutro morbo laboret, aut auaritia (qua nihil est tetrius) si natura ad rē sit attētior, aut luxu (quo nihil putidius) si paulo sit ingenio benigniore? Alter rei seruus non dominus est, alter haud diu erit. Alter habetur non habet, alter mox habere desinet, Alter uiuit magnas inter opes inops, alter abutitur nō utitur. Pulchre hæc intellexisse Eutrapelus quidā mihi uidetur, quē cū à quo forte lacessitus eßet, sic ulasa solitū accepimus. Nō cōuitijs, nō ueneno, nō ferro pētebāt, pretiosis uestibus ditabat hominē, ratus id quod est, diuitias sui famem excitari, habendi famē uirtutē dedocere, atq; ad omnē turpitudinē ac dedecus impellere. Sed fac nihil horum euenire, tu sanè sis rara auis in terris, nigroq; simillima cygno.

Eutrapeli iudiciū de diuitijs.

Quid tandē pulchri habēt ista pretiosa pōdera, quæ & moleste parantur, & anxie seruātur, quorū congestio diros labores, custodiā, anxios metus, amissio miseros affert cruciatus? Nullæ ergo homini locupleti feriæ, aut partis peruigil incubat, aut parādis inhiat, aut amissa dolet, damnū iudicat quoties lucrū nō fecerit. Et qd si montibus aurū æquauerit, aut si potis est uel uicerit? Auxit sarcinā, cumulauit curas, aggeßit metus ac molestiā, parauit sibi custodia munus. miseriæ laborisq; plenissimū Crescentē sequitur cura pecuniam Crescat amor nūmi quantū ipsa pecunia crescat. Et minus hāc optat q nō habet. Deniq; misera est magni custodia cēsus. Vulteius ille Horatian9 male de se meritum

se meritũ patronũ iudicabat, cuius ingenio à pauper-
tate sua abductus fuerat, seq; nõ diuitẽ sed miserũ fa
ctum putabat, orabatq; ut q̃ primũ uitæ priori redde
retur. Laudandus ille quidẽ, qui mature resipuerit. At
auarus si molesta inquit est cura, dulcis est nũmus, nõ
me pigebit laboris dũ crescãt loculi Sed dic mihi ho
minũ stultissime dicã an miserrime, cui nihil satis est,
q̃ opibus tuis, aut arca ferrata recõditis, aut (ut ma-
gis sapias) humo defossis nõ aliter q̃ Hesperius ille ser
pẽs, malis aureis noctes diesq; incubas, quorsum tan
dem cẽsus istos utiles esse, aut qd reris habere pretij?
Nẽpe nil aliud sunt q̃ æs merũ, idq; in facies titulosq;
conasum, qd' nec edaces animi tui curas submoueat,
nec morbos ullũue corporis incõmodũ aut pellat aut
arceat, nedũ mortẽ. At ne egeã (inquis) præstant. Nu
garis, imò ut semp egeas faciunt. Vt enim homini hy
dropico potus sitim nõ extinguit, sed accendit, ita tibi
rerum copia, habẽdi studiũ cresat. At quisquis plura
quærit, is se egere declarat. Adde nũc infidã rerũ tu-
arũ leuitatẽ. Quæ tu tãto temporũ spatio, tãta mo-
lestia, p fas nefasq; undecũq; cõgessisti, si fortuna (ut
aiunt) rotã uerterit, cõtinuo te deserto alio cõmigra-
bũt, tuq; modo Crœso beatior subito Irus eris. Hoc
clarius est q̃ ut in eo multũ sermonẽ teramus. Quot
enim corã uidere est ex regijs opibus, ad extremã re
dactos inopiã? Sed fac stabilia esse, fac nõ deserere ui-
uum, num uita defunctũ sequentur? Tibi in sepulchrũ
ituro

Hesperius serpẽs.

ituro ex tantis rerũ copijs, uix breue idemq; sordidũ inuolucrũ tollere licet, cætera iamdudum alios habẽt dominos. Tum si qua bene gestorũ substãtia recõdita fuerit, ea una in precio erit, ea una abeuntem non deseret dominum. Tãti igitur suauissime Iodoce tibi nõ sint uel uniuersa prædia & omne aurum, quod Tagus & rutila uoluit Pactolus harena, ut salutis tuæ uel iacturã facias uel morã feras. Quin potius si tãtopere ditari iuuat, quò fere diues euadas, domini cõsilium audi. Thesauriza tibi thesauros in cœlo, ubi nec

Mat. 6. erugo nec tinea demolitur, & ubi fures nõ effodiunt nec furãtur. Nil ea opulẽtia puta egentius, abundare nummis, egere uirtutibus. Nihil eo lucro infelicius, qđ animæ dãnum adferat. Turpissimum ergo homini, et erudito, & Christiano, id cum summo salutis discrimine improbe sectari, quod Ethnicis philosophis uel literarũ, uel famæ gratia, contẽnere haud fuit difficile.

## MORTIFERAS ATQVE ACERbas esse uoluptates carnis. Cap. IIII.

AN forte te dulces illecebræ capiunt? Blandissimæ qdem dominæ & fucata sua specie orbem fere totum capiẽtes. Sed tu fucum detrahe, caue cutis artificio fucatus nitor te pmoueat. Nõ qd appareãt, sed qd sint inspice. Videbis istis nihil esse tetrius, nihil spurcius, nihil pecudi uicinius. Nulla enim omnium re ad brutorum conditionem propius accedunt homines, quã fœdissima carnis libidine, quæ eo nocẽtior

que

quò blandior, ut eã diuinus ille Plato escam malorum aptissime uocauerit. Vt enim esca hamo præfixa pisciculos alliat, seq; captãtes capit, itidẽ illa melle quodã sua uenena dissimulãs animas prædæ auidas pelliat, pellectas ĩfiat, infectas inclemẽter pimit. Et ne te diu morer, accipe philosophi sententiã Ethnici qdem, sed planè Christiano dignam, quã apud Ciceronẽ senior Cato se Tarenti ab Archita Pythagoreo accepisse cõmemorat. Ait enĩ nullã capitaliorẽ pestẽ q̃ uoluptatem hoĩbus à natura datã, cuius uoluptatis auidæ libidines temere & effrenate ad potiundũ incitarẽtur. Hinc patriæ pditiones, hinc rerũ pub. euersiões, hinc clandestina cũ hostibus colloqa nasci dicebat. Nullum deniq; scelus, nullũ magnũ facinus esse, ad quod suscipiendũ nõ libido uoluptatis impelleret. Etiã illa adnumera, ex ea egestatẽ, ex ea infamiã, ex ea & graues et turpes corporis morbos, ex ea animi cæcitatẽ, ex ea numinis contẽptũ nasci, hãc esse omnis miseriæ caput, hãc esse postremo cathenã qua ad æternos cruciatus trahũtur homines. O acerbã dulcedinẽ, quæ tot uallata est miserijs, multæ antecedũt, comitãtur item permultæ, plurimæ atq; atrocissime cõsequuntur. Dicebã modo ad brutorũ conditionẽ accedere homines, nũc in ea re pecudes nobis longe anteponendas uideo. Illæ enim gratis, suis quibuscunq; uoluptatibus potiuntur, at homini (deus bone) quanti constat breuis illa ac turpis gulæ uentrisq; titillatio. Vide

Voluptas esca malorum cur.

Architæ sententia

quale

quale sit quod in genere uoluptatũ uel præstantissimũ est (si quid tamen ibi præstans dici debet). Nũc quid tibi cæteras seculi cõmemorẽ ineptias dicã an furias? Mala gaudia dixit quidã, mihi uideor nõ alieno nomine uocaturus, si insana gaudia dixero. Quid obsonatiões, ingurgitatiões, cõpotationes, ebrietates, nocturnæ debacchatiões, qd choreæ, qd saltatus, qd dissoluti lusus, quid sales scurriles atq; impudici, qd id genus alia mille, nõne phrenetici risibus tibi uidẽtur simillima? Quis enĩ cũ hominẽ nõ planè mente captũ atq; insanum censuerit, qui cum aut cruci suffigendus, aut ense cædendus ducitur, nihil instãtis supplicij, metu trepidet, sed inter se flentiũ turbam iocabũdus, saltabundus, atq; cũ multo cachinno pergat? At isti Iodoce eò peius insanire mihi uidentur, quò crudèlior corporis morte mors animæ est. Ducũt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. I nunc, & ut brutæ ac morituræ carni uel ad horã obsequare, à cõditore defice: ut illa perdite uiuat, animã occide: ut illa caducis potiatur gaudijs, tu ppetuos tibi luctus cõpara. Sed tu forsan legitimã uenerẽ amas, uxorem cogitas. Nõ equidẽ damno nuptias, memini qui dixerit. Melius est nubere quã uri. Pateat istud infirmis asylum. Nõ inuideo Segor urbem magnã, & nõ magnam ex incendio Sodomorũ fugiẽtibus, sed noui robur animi tui. Comprobo nuptias, sed in his, qui sine illis non possunt uiuere. At quid his de rebus diuus

Ad Cor. vij.

Hiero

Hieronymus scripserit(scripsit enim permulta)uide. Hoc unū pro nostra familiaritate tibi quasi in aurem dicam,monēs etiam atq; etiam orans & obsecrās,ut caueas ferro isti capistro ora porrigere,quod ubi semel admiseris,haud facile excutias.Nō male sunt nuptiæ fateor,at miseræ certæ sunt. Celibatus ut multo melior,ita infinitis partibus fœlicior.

VANOS & instabiles esse honores. Cap.V.

SEd delectāt te forsitan illustres tituli,atq; honorum splendor capit.Quid ni?scilicet pulchrū,late (ut ille ait)conspicuū tollere verticē,gaudes quod spectant oculi te mille loquentē. Iuuat ambire obseqijs, stipari cliētela,in ore esse omnibus,herū salutari deniq;.Verū dic age,qd tibi uidentur isti honores,quos tibi mortali mortales partim aßentādi studio,partim metu,partim cōmodi spe exhibēt?Nempe tā falsi sunt q̄ cadua.Annō falsi quā æque pditißimo cuiq; ut optimo obueniunt?Eos demū ueros honores iudica,qui a uirtutis decore pfecti sint. Tu fac uirtutē amplectare,iam te uel inuitum prosequētur.Vt enim umbram post se corpora ducunt,quā nec fugientē deserat,nec a captante prendi se sinat, ita recte gesta ultro dignitatē adferūt,quā nec meritus effugias,nec immeritus assequare.An uero qcquā magis fluxū magisq; caducū? Mihi quidē cum omnes mundanæ res fluxæ ac breues uidentur(quid enim hic diuturnum dicas) tum ijs nihil uidetur incertius, fugaciusq; quæ plurimum

rimum habent splendoris atq; fastidij. Et cum nihil comparetur molestius, diu enim aduersus prærup tū montē uoluendū saxū cū Sisipho, audendū est aliqd exilio, carcere, aut etiā cruce dignū, ut tandē fias aliquid. Cū igitur nihil cōparetur molestius, nihil tamen amittitur facilius. Qur ita inquis? Nempe summā dignitatē summa consequatur inuidia necesse est. Sūma petit liuor, pflant altißima uēti. Semp enim insignes arduásq; res illa comitari solet. Quid deinde? Qui multorū sibi conflant inuidiā, is multos uitæ suæ hostes ferat oportet. Qur ita? Nā cū multi ambiant qd' unus tenes, nec te saluo assequi spes sit, te quoquo modo tollant neceße est. Difficillimū est autē cui tot tendūtur casses, nō tandē in unū aliquē inadere. Aut ergo ubi ueneno, aut ferro peundū, aut (ut optime cadat) exilio salus redimēda est. Aut (ut sis fortunatißimus) inppetua anxietate, ac metu ne præcipiteris clarā qdē at acerbā ui ā ages. Iā ne igitur sate Iuuē. dixiße uidetur

Nam qui nimios optabat honores.
Et nimias poscebat opes, numerosa parabat
Excelsæ turris tabulata, unde altior æsset
Casus, & impulsæ præceps immane ruinæ.

Sed quorsū ista tā uerbose? Scilicet ut plane mi Iodoce intelligas, q̄ plena metus, q̄ plena anixetatis, q̄ deniq; caduca sint, siqua mūdus iste præse fert sublimia. Atq; id qdem te incolumi. Quid ubi incūbat rerū amarißima mors? Cū subito oīs illa illustriū imago euanuerit

nuerit

nuerit insomniorũ more, quæ unà cũ sopore auolat. Alexãder.
Vbi prisci tyranni? Vbi magnus ille Alexãder, cuius Xerxes.
olim ambitioni angustus erat orbis? Vbi Xerxes ille, Hanibal.
cuius claßibus cõstrata redundarũt æquora? Vbi to- Aemilius.
ties uictor Hanibal, q dum uixit scopulos & montes Iulius.
rupit aceto? Vbi Paulus Aemilius, ubi Iulius, ubi Pom Pompeius.
peius, ubi cæteri, aut ex Grræcis, aut ex Romanis, aut
ex Barbaris clarißimi principes, quos singulos recen-
sere & molestũ esset, & propè ociosum? Quid de tan
to rerũ splendore atq; maiestate superest, præter in-
anem quandã hominũ fabulã, quã & ipsam literato-
rum officio debent, qui nisi illorũ uocabula suis scrip-
tis posteritati cõmendassent, tanta essent obliuione se-
pulti, ut ne tenuis quidem ipsorũ memoria usquã re-
sideret. Sed hoc quicqd est, ad nos fortaßis aliquan-
tum, ad illos nihil attinet, neq; illi nũc eadẽ quæ olim
mirantur. Profecto si nunc ab inferis emergeret ille
regum, quorũ meminimus, maximus Alexãder, aspi-
ceretq; orbem tanta ambitione flagrantẽ, credo irri-
deret inania studia uulgi, atq; hac, aut huiusmodi
oratione, uerum iam experimento doctior fateretur.
Quo rapitur cæcus error mortalium? Res solidas,
ueras, profuturas nemo miratur: noxias, inanes, in-
certas, omnes tanto labore petunt. Quid tam im-
probe, tam pertinaciter in sublime tolli conãtur? Vel
meo discant exemplo omnes mortalium dignitates
caducas esse, nebulisq; simillimas, quæ eadem sæpe

bora & latißime solent & esse nullæ. Ego ego ille im̃peratorũ olim facile opulentißimus, q̃ inuictus rerum omniũ uerticẽ tenui, q̃ reges innumeros Barbarosq́; populos p̃domui, q̃ orbe ferè subacto, æquora quoq; rimatus, æthera demũ tentaui. Fœlix planè siquidem mortẽ etiã terrere potuissem, at ea cuncta uincentẽ uiat, & q̃dem leui febricula. Neq; tam subito aut spũma inflata dilabitur, aut fumus perit in aere, q̃ omnis ille rerũ strepitus euanuit. Heu quantũ q̃ repẽte mutatus sum ab illo Alexandro, cuius olim edicta totus p̃horruit orbis, nũc is ut uel ab infimo quoq; cõtemni ledíq; impune possim. Quondã cupiditate minor erat immensa mundi uastitas, nunc urnula p̃angusta atq; adeo septẽ pedum coerceor. Mors enim sola fatetur quãtula sint hominũ corpuscula. Olim adornato amiculo, radiante diademate, purpuráq; ardẽte cõspicuus, nũc uel uisu fœdißimus nuda ossa ániśq; aridus iaceo. Et quò mihi insignia stemmata, quò auro picta monumẽta? Quorsum operosa pyramidũ fabrica neq; uidẽti, neq; sentiẽti? Atq; utinã cũ corpore suo & animus unà intereat, neq; mortẽ istã multo acerbior mors sequeretur, Sed heu ille maximo suo sup̃stes malo totus actæ uitæ pœnas dare cogitur. O ter fœlices q̃ id uiui p̃suasere sibi, qd' nos experti, sed sero intelligere cœpimus. Sapiũt, sapiũt, q̃ sua sorte cõtenti, ipsi se uincere tẽtant, sibi magis imperare q̃ alijs, potiusq; illud cœleste atq; p̃petuũ, quã hoc terrenũ caducũq; ambire

ambire imperiũ. Magnus rex est qſquis ſe bene rexe rit. Quid poteſt eſſe hac oratione uerius & quẽ tam uera tã miſerabilis oratio ab ambitione nõ deterreat?

## DE MORTIS NECESSITATE QVAE nihil ſinit eſſe diuturnum. Cap. VI.

SEd æquo longior ſum, præſertim in re luce ꝓpè ipſa clariore. Is enim nũc rerum curſus, ut ſi qua mirãda ueteres annales narraſſe uiſæ ſunt, nũc nemo ſit q credat, quũ triſtiora exẽpla iã uideat q̃ legerit. De morte autẽ (quãdo de eo ſermo inadit) id in pri mis admirari ſoleo, quo pacto, quũ nihil ita ut ea ſit in oculis, nihil ita abſit animo. Quid q, & uocabulũ à morte duxere mortales, quo ſit ut nominari nõ te mere poſſimus, quin aures nõ ipſæ mortis cõmoneãt? Et ne ſic quidẽ timemus. Quid hoc lethargiæ, q̃ hec eſt humanarũ mentiũ ſecuritas dicã an dementia? Ita ne male memores ſumus, tãtumq; ex amne lethæo (ut aiunt) obliuionis hauſimus, ut ea quæ nunquã ſe ſenſi bus noſtris ingerere deſinũt, nõ meminerimus? Ita ne ſaxorũ in morẽ perſtupuimus, ut toties auditis, toties uiſis nõ excitemur. Videmus ne unum qdem ex priſcis ætatibus ſuperſtitẽ? noſtro quoq; æuo nulli omnino hominũ generi mortẽ parcere cernimus. Abiere ma iores, illudq; Ciceronis eis cõuenit. Vixerunt, nos ſine omni diſcrimine eódem uadimus, ſequuntur item po ſteri. Ita rapidiſſimi in morẽ amnis oẽs in occaſum præcipites uoluimur. Oẽs eódẽ cogimur (ut ait Ho

patiusque oẽs una manet nox, Et calcanda semel uia leti.
Mixta senum & iuuenũ densantur funera, nullũ saeua
caput Proserpina fugit. Cadũt hinc atq; hinc ĩnumeri
ex maioribus natu, ex natu minoribus, ex æqualibus,
ex familiaribus, ex necessarijs, ex cognatis, ex parẽti-
bus, ex liberis, inter medias morientiũ strages ipsi mo
rituri uersamur, & quũ eadẽ simus cõditione, eidẽ fa
to nati, nõ idem metuimus. Quid tu inqs me iam nũc
mortẽ cogitare iubes: ætas integra est, lõge abest ut
canis albescat caput, ut frontẽ seniles rugæ cõtrahãt.
Ii mortis metu uiuãt anxij, q annis iã graues, senio in-
curui terrã salutãt, q̃bus iam leue caput, malæ pẽdu-
læ, oculi minores atq; introrsum refugi, nasus ꝑpetuo
madens, dentes rari, ijdemq; luridi, q cornice uiuacio-
res, iam dextra suos annos cõputant. Ab his ego lon-
ge absum. Feruet adhuc uiuidus circũ præcordia san-
guis, lacerti ualidi, latera firma, deniq; omne corpus
uegetũ adhuc, & succi plenũ, in spẽ diuturnæ uitæ uo
cat. Verũ age qs deorũ tibi canos, qs seniles rugas pol
liatus est? Si nisi canũ neminẽ efferri uides, uiue secu-
rus, nec ante canos ac rugas de morte cogites. Sin illa
in omnẽ ætatẽ grassatur, si nondũ æditos præfocat,
arcẽs potius à uita q̃ tollẽs, si infantes à maternis ab-
rũpit uberibus, si rapit impuberes, si puberes tollit, si
uiros extinguit, si senes excipit, si deniq; nullũ neq; se-
xus, neq; ætatis, neq; roboris, neq; formæ nouit discri
men, num te unũ habitura est eximiũ? At senex qui-
dem

12

dem diu uiuere nō potest. At tu adolescens cito mori potes. Quā illi mors certa, tā tibi uita incerta. Nemo tam senex quin unū adhuc diē supuiuere poßit, nemo tam iuuenis q̃ hodiernæ luas sibi uesperū poßit polliceri. Et q̃dem, si diligētius obserues, lōge plures ephebos, q̃ canos efferri cōperies. Quū semp rara fuit canities, tū hac tēpestate nunq̃, neq; contēptior, neq; rarior. Quot mihi iam mōstrabis, nō dicam, Tithonos, Nestores, Sibyllas, aut Mathusalemos, sed cētenarios? Imò quotocuiq; nunc eo ætatis uenire cōtingit, ut sexagesimū uideat annū? Profecto uix millesimo cuiq; mortaliū. Et quantulū est hoc æui? Et tamē quā rarus sit q̃ attingat uides, adeo fragilis, incerta, totq; casibus subiecta est uita hominū. Vis tibi huius rei Iodoce exhiberi simulachrū & diluadū, & accōmodū? Prima æstate florentē arborē contēplare, tāta florū densitate luxuriat, ut nusquā truncū, uix usquā folia uideas, tantā germinis ubertatē promittit, quātæ ne ferendæ q̃dem par fuerit. At ex tanto florum numero uix pauci admodū adolescūt, partim eruas, partim araneis corrūpuntur, partim uento, partim pluuia excutiuntur. Iam positis folijs ij ipsi q̃ supstites sunt (ut ita dicam) fœtus (nam flores esse desierūt) uidētur sensim in pomi carnē turgescere. Nū perstant ad maturitatē omnes? Minime. Multos tinea exedit, alios uentorum tempestas decutit, alios immodicus himber corrumpit, pleriq; alia quauis peste læsi demoriun-

tur, ut tandē ex tā diuite spe, uix paucißima poma car pas. Nec paucioribus incōmodis uita petitur huma na. Mille morborū nomina, mille itē mortis casus, mil le modi læti, mille mortis laquei, quibus multo plures præmatura interāpit, quā matura soluit. Et quū tot tātisq; piculis exposita sit uita mortaliū, uide obsecro quæ sit socordia, pinde uiuere, tanquā nunquā simus morituri. Aliena curamus, ea qbus aduersus mortem īstructiores eße poßemus, apparare ceßam9. Quid si regi cuipiā cū hoste capitali res esset, ac nesciret qdē quā ppe abeßet, at hoc certe exploratū haberet, nō longe in insidijs esse, ac iamiam cōmoditate accepta erupturū, num is rebus hoc loco stantibus, de balneis ædificandis, aut ornanda cœnatione, aut uxore ducen da cogitabit, ac nō potius de copijs augēdis, de uallo iaciendo, de excubijs, de armis ac cæteris rebus mili taribus, quibus hostem frangere poßit? Id uero cura bit eo diligentius, quod incertus sit quo tempore, qua parte erupturæ sint insidiæ. Ast mors nobis (qua ni hil capitalius) omnibus locis, omnibus ætatibus, mille modis īsidias struit, & nos interim (si deo placet) mi ramur argentū, curam9 cutē, ambimus magistratus. Qd' si fallacis æui incertā fidē, atq; impēdentē omni bus horis mortē, oībus horis cogitaremus, nostrisq; ipsi aurib9 ingereremus, id qd' uates ille ægroto re gi. Dispone domui tuæ, morieris enī cōtinuo, oīa ista male sapida amarescerēt, pretiosa uilescerēt, inclyta

Esa. 38.

sorde

13

sordescerẽt. Ita una mortis memoria omniũ sæcle rerum cõtemptũ ꝑsuaserit. Quo enim tibi o auare tantum auri recõditur? Mors imminet uniuersa raptura. Quid tu breuißimo itineri tantas paras sarcinas? Nũ exadit qd euangelico illi stulto euenerit? cui sibi de cõfertis horreis gratulanti, multaq; gaudia pollicẽti dictum est. Stulte hac nocte animã tuã à te tollent, & ista q̃ parasti cuius erũt? Tu uero hominũ uanißime, qd tãta improbitate insana sectaris gaudia? Respice, mors tibi cominus incũbit, istas quãtulascunq; illecebras in æternos mutatura cruciatus. Tibi porrò o ambitiose, quæ incesßit tã dira regnãdi cupido? Ecce tibi mors in foribus, quæ te ex isto rerũ fastigio in humũ præcipitet, atq; turbinis rapidißĩ more te tuaq; oĩa tollat. Nec minus igitur uere q̃ erudite Rodolphus Agricola noster scripsit, Omnia mors sternit, qđ natũ est occidit una, fine caret uirtus, & bene facta manẽt. Quid enĩ in eo urgẽtißimo fati supremi articulo, præter unã uirtutẽ reliquũ erit? Quũ exangues artus unà & sanguinis calor & uita fugiet, ora horrẽdus qdam liuor tinget, oculus dudũ tã uiuidos ꝑpetua caligo obscurabit, & omne deniq; corpus frigidus qdam stupor occupabit, anima uero miserãda (ut pote cui desertæ omne negotij põdus incũbit) ad seuerũ illud atq; ĩexorabile prætoriũ abripietur, quo pacto quæq; gesserit rationẽ postulanda. Quid tũ inquã ex omnibus supererit, qbus parãdis, ætatẽ triuisti oẽm, Luc. 12.

unde opē petas? Quò tū miser eò fugies? quò cōfugies miser? Ad opes? At hæ & nihil opitulari possunt, et iamdudū alios nactæ sunt dominos. An uero ad uoluptates? Sed istæ, ut corpore cōcretæ, una cū corpore moriuntur. Ad ætatis iuuenile robur? At sua cuiq; senecta mors est. Nū uero ad formæ egregiū decus, quadudū superbus omniū tibi cōaliabas amores? At ista rosæ in modū, quæ pollice decisa cōtinuo demoritur, ita morte decerpta omnis emarcuit. Minus uero dixi emarcuit imò oīs in horrorē abijt. Nemo enī tā uiuētis formā amauit, quā horret extincti cadauer. An ne ad pristinā gloriā? At q hæc (ut docui) cū uita prius euanesat. Quò tandē igitur? Ad amicorū turbā? Verū isti partim, ut hirudines exacta æstate, ita cū fortuna unà deuolarūt, cæteris (si q perstitere) opis ferēde facultas est nulla. Et qd tibi conducet si illi pectora sua miseri plangant, si uultus laniēt, si quicquid in ipsis sanguinis est, in lachrymas uersum funeri tuo impendāt, si deniq; tua causa insaniāt, mortisq; addāt sese comites? Sibi mala accersere, te eripere nō possunt. Sapies igitur, si sortis tuæ nō sero memor, ea pares, qbus munitus supremū diē securus expectes. Opes, uoluptas, claritas, & si alioq solida ac utilia erā (qd' multo secus est) certe morituro sunt oneri. At tū demū uirtus incipit esse usui. Illa si nō nobis, certe nos illis subtrahimur, uirtus nunq̄ comitari, nunquā tueri desinit.

MVNDVM miserum esse & sceleratum. Cap. VII.

HAbes mi Iodoce charißime, quā falsa, quā fugacia, quā pestifera sint seculi bona (si qua tamen suo iure bona appellari debēt) nūc contra illius mala paucis accipe. Olim forsan nihil mōstri fuit ægre à mūdo diuelli, quū quadā sua, ut ita dixerim, iuuēta floreret, nūc nisi ipsi nos studio fallimus, qd est quo mūdus poßit fallere? Quotquot olim singulæ singulis seculis clades incubuere, nūc uni incūbunt uniuersæ, bella, factiones, caritates, penuriæ, sterilitates, morbi, pestes, & qd nō uidimus nostro æuo malis? iā quartū et uigesimū annū agimus, nullas hoc toto spacio à bellorū strepitu ferias uidimus. Syllana nobis tēpora factionis partibus referentibus, quarū utracūq; uictrix euadat, uicta certe patria, immeritas pœnas pēdere cogitur. Penuriæ uero quā miserāda exēpla uidimus, ut plériq; homines pecudū pabulo uictitent, plériq; inedia pereāt. Vt nūc secula sunt, Crœsus sit necesse est, q familiæ suæ uel parcū uictū suppeditare poßit. Adde de illd' (et si tu alioq felix uiuas) ita calamitatis plena sunt oīa, ut te audita questus, uisæ miserorū miseriæ miserū reddāt. Scelerū præterea ita increuit seges, ut iā ferreā illam ætatē longe uicerimus, de qua ante mille annos cantatum est.

De duro est ultima ferro,
Protinus erupit uenæ peioris in æuum
Omne nefas, fugere pudor uerumq; fidesq;,
In quorum subiere locum fraudesq; doliq;,
Insidiæq; & uis, & amor sceleratus habendi.

Viuitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus,
Non socer à genero, fratrū quoq; gratia rara est.
At nunc nona ætas agitur, peioraq; secula ferri.
Temporibus, quorum sceleri non inuenit ipsa
Nomen, & à nullo posuit natura metallo.
Nunc si depositum non infiaetur amicus:
Si reddat ueterem cum tota erugine follem:
Prodigiosa fides, & tuscás digna libellis:
Quæq; coronata lustrari debeat agna.
Rari quippe boni, numero uix sunt totidem, quot
Thebarum portæ, uel diuitis ostia Nili.

Quid tibi & sæculo, si peierare, si arcūscribere, si fallere, si rapere aut nō uis, aut parū calles? At qd mea inqs refert, cuiusmodi seculū sit, mihi ueri rectiq; cura est. Si qua recti cura est, fac te istinc q̄primū abripias, Nullū enī seculo cū uirtute cōmertiū. Mētior, si nō id ueritatis ille præcipuꝰ amicus clamat. Totus mūdus
1 Ioā. 5. in maligno positus est. Nec ista tibi oratiōe blādiaris. Quid alij gerant nihil ad me attinet, mei unius mihi cura est. Erras tota, ut ait Comicus, uia. Permagni uero Iodoce interest, qbus cū uictites. Nō aliter enī quā corporis uitia cōtagia serpūt, serpūt et animorū morbi. Improbo cōuictu nihil pnitiosius. Esto sane ut qdē uirtutis amātißimus, adsasce uero tibi cōuictorē pditū, quādo futurū est, ut tu illū ad tuos mores redigas? Ille magis (ut sumus natura in uitia pcliues) tibi sua uenena afflabit, suam tibi adfricabit scabiem, ac sui deniq;
similem

ſimilẽ reddet,apteq; tandẽ cõueniet id uobis ꝓuerbiũ qđ uulgo nemo nõ dictitat.Cõcoloribus plumis aues unà uolitãt.At qs me adiget inqs,ut cũ homine ſcele rato & pdito uictitẽ?Rogas? Iſta ætas,negotiorum tuorũ neceßitas quædã,præterea pudor illiberalis quidem ille,ſed certe generoſis ferè animis inſitus poſtremo ſodaliũ ĩprobitas.Ad cõpotationẽ uocatus(ne qđ obſcenius dicã)ſi aut negotia excuſes,aut ualetudinẽ, ne iurãti qdem creditur,parcul9 aut ſordidus uideris. Quid facias?Tu ſanè quò notã tã inſignẽ caueas obtẽperas. Vbi in popinã aut œnopoliũ uentũ eſt, alterni accubatis iuuenes ac puellæ.Quod honeſtißimũ ſit dico,turpiora pudet dicere, quũ illos ſæpe nõ pudeat facere.Tũ bibendi certamen oritur,in quo ut bibacißimus qsq; fuerit,ita maxime feſtiuus,bellus ac nitidus habebitur.Hic qđ nõ ebrietas deſignet?Fœcũdi calices quod tandẽ nõ audeant nefas? Tum Pithyas multo uidetur formoſior. Tũ Chremes longe factus hilarior,uere uulgo dici fatetur,ſine Cerere & Libero friget uenus.Poſtea ubi eos epularũ ſatietas cepit, ad choreas ſurgitur.Cuius animus ſic cõpoſitus,ſic firmus,ſic marmoreus, quẽ laſciui illi motus, agitataq; in numerum brachia, cithara cantus,uoces puellares nõ corrũpant,nõ labefactẽt,nõ emolliãt?Adde qđ ea ſæpe carmina ſunt, qbus incẽdi iã frigidus æuo Laomedontiades & Neſtoris hernia poſſent.At ubi choraules (cithara ex more tacta) qeſcendi ſignũ dedit,

ruſticus

rusticus haberis, ni eã cuius leuã amplexus saltasti, disuauiatus fueris. Cæteri lusus impudẽtiores, atq; ad merã lasauiã excogitati, à me nõ dicẽtur, utinã ab illis nõ agerẽtur. Quorũ si tu qcquã recusaueris, si qd grauius, si qd prudẽtius agere tẽtes, inurbanũ, illepidũ, tristẽ, agrestẽ, atq; à cõi hominũ sensu ab horrẽtẽ ducũt. Id ignominiæ ut caueas, quã nõ turpitudinẽ admittis? Sic fit dũ fugis odio eße, dũ pudet difficilẽ uideri, dũ pudet non esse impudentẽ (ut diuus ait Augustinus) omnẽ pudorẽ dedisas, ac simili scabie infectus, & ipse alios pgis inficere. Sed fac tibi cũ nemine esse improbo cõsuetudinẽ (quãquã miror istud ut fiat) solet morbi uirus nõ cõtactu mõ (unde nomẽ duxere cõtagia) uerũ etiã aspectu serpere. Qui spectãt oculi læsos, læduntur & ipsi. Ego qdem irritamentorũ, qbus ad turpißima quæq; impellimur, oculos multo maximã partem puto. Tu igitur Iodoce optĩe, si uitæ tuæ cõsultũ uelis, fac ab ista scabie te q̃ maxĩe seiũxeris, atq; ad eos cõferas, quorũ te reddat cõsuetudo emendatiorẽ.

De feliatate uitæ solitariæ. Cap. VIII.

QVanq̃ itaq; hæc cõmemorasse abũde satis esse puto, attamen ne alacer modo istinc exilias, uerũ lætus ac lubens huc aduoles, id est, nõ tã seculi mala perorsus, quã nostrarũ deliaarũ cupidus, nunc uitæ nostræ cõmoda pauas cõmemorasse haud ab re fuerit, id quod breuius fieri necesse erit, tũ quod tantũ tẽporis & chartæ & operæ cõmemorãdis uel

strictims

Sic uos non uobis fertis aratra boues
Sic uos non uobis uellera fertis oues

strictim seculi malis dedimus, ut his narrãdis minus supsit, quã rei imensitas posat (quãquã qs huic rei sermo, aut qd' sermoni tẽpus, par fuerit) tũ qd' te iã dudum nostræ loquacitati subira a suspicor, tũ etiã quod eæ res sunt, quæ sæalius sentiãtur quã narrentur. Malim igitur te eas expimẽto, q̃ nostro sermone discere, explorare, q̃ psuaderi. Tu modo fac te ex isto turbido rerũ strepitu, ad nos ocyus recipias. Tũ demũ intelliges, quantũ absit à uera felicitate, & falsa, & fallax mũdi psperitas, quãto nostri labores uestris præstẽt delitijs. Intelliges inq̃ experrecti more, q dũ sõniaret, ea simulachra q̃ dormiẽti illudebãt esse uera existimabat, gaudebat, trepidabat, æstuabat, & mille motabatur affectibus, sed simul atq; sõno soluitur, se uanis imaginibus illusum cõperit, ridetq; ipse sua insomnia. Ita tu ubi instituti nostri felicitas cõperta erit, tũ quoties illa pristinæ uitæ somnia aio iã uigilãti subierint, nah inqes, adeò ne delirasse me unq̃, ut hæ atq; illæ nugæ me delectauerĩt? Itá ne rapuisse animũ inaniũ bonorũ fantasmata, ut uerorũ ne cupido qdem ulla subierit? Nũc igitur Iodoce, ni sõnio q̃ re beatus esse mauis, si dormis expgiscere, sin dormitas, ne sõno altior tẽporibus obrepat, oculos excute, sin uero, qd' magis reor, uigilas, ne quãdo dormientiũ exẽpla et religiõis sõnifera q̃dã uis somnũ inire suadeat, ex illa Babylone terra isomniorũ ũbrarũq; plena euolare, qd' potes p pera, atq; ad nostrã Hierusalẽ aduola. Quid spectas?

Quid

Sic uos non uobis mellificatis apes
Sic uos non uobis nidificatis aues
Hos ego uersiculos feci tulit alter honores

Quid restitas?Quid hæsitas?Semp (ut apud Lucanũ est)nocuit differre paratis.Rũpe age moras omneis, neq; enĩ aut leue aut ludicrũ negoũ uertitur.Animę res agitur,digna planè ob quã uel amantißima desero ras & durißima ultrò subeas.Nã si peritus qsquã medendi artifex, capitali morbo laboranti diceret, sine paulisper,iã faxo pristina ualetudine gaudeas, cedò, quos nõ lubẽti aĩo ferres cruciatus? sineres corporis mẽbra ferro rigido secari,sineres excidi,ignibus aduri,alijsq; mille tormẽtis affici,ipsa propemodũ morte crudelioribus modo mortẽ effugeres,imò ut huic uitæ miseræ paululũ qddã tẽporis accederet.Et qd p deũ ĩmortalẽ,ullá ne res molesta uidebitur,quã mortis tũ aĩe, tũ ppetuæ defugiẽde gratia subeas?Si ita tibi res eßẽt,ut alterutra eßet accipiẽda cõditio,aut sine istud extingui corpus,ut sempiterno æuo uiuat aĩa,aut corporis uitã aĩæ morti pacíscere, credo nihil hæsitares (nisi quouis phrenetico peius desiperes)qn anĩ ppetuã uitã corpis breuißima duceres potiorẽ. Vis ne igit Iodoce suauißie & beate & ppetuo uiuere?Mirũ ni uelis.Quis enĩ nolit?At quo ingś pacto istuc asseq licet?Vide age quãtã rẽ quãtulo labore fas sit.Nõ tibi dedaleis pẽnis tẽtandus æther,nõ uasta traijciẽda æquora,nõ Herculei subeũdi labores,nõ ignibus ĩsilendũ,nemo te adigit,ut mẽbra tua lanies,aut mortẽ tibi consciscas,deniq; quãq qs priscos martyres insanisse dicat,qui huius fœlicitatis spe adducti, nullos cruciatus

datus, ne mortẽ q̃dem ipsam durã iudicauere? Vide obsecro quã sit ꝓfusa in nos domini nostri munificentia, at contra quã mollia iussa. Perpetuã felicitatẽ, mortẽ commeritis pollicetur. Quid hac pollicitatione liberalius, quid certius? At nũc q̃d te iubet facere? Nihil, nisi ut tu te interim tanti muneris capacem præstare studeas. Quo istud pacto fiat rogas? Is nondũ ueræ felicitatis capax est, quẽ falsa captũ detinet. Vis æternũ uiuere? Fac bene uiuas. Vis adire paradisum? Relinque seculũ ut sceleratissimũ, ita & afflictissimũ. Deo iungi cupis? cura ut diaboli nexibus expliceris. Veras amas opes? Falsas abijce. Veri iuuant honores? Falsos ambire desine. Quid plura? Veram beatitudinẽ amas? Istas dulces ærumnas, imò ærumnosas dulcedines fac reliqueris. Quid his præceptis mollius? quorũ obseruationi cum uera felicitas merces debeatur: ipsum tamen obseruare, est cœpisse felicẽ esse. Tanq̃ iubeat desinite miseri esse, ut beati sitis. desinite seruire, ut libertate gaudeatis. Et o nimiũ dissimilem diaboli ac dei seruitutẽ, o diuersam militiam. Ille enim ubi miseros falsa quadam delectatiuncula inescarit, papæ in quos horrores, in quas turpitudines, in quas miserias conijcit, ac postremo ubi satis ludibrio habuit, iugulat: hic perbreues atq; exiguas molestias (quas ipsas nostra, non rerum culpa patimur) ad incredibilem iucunditatem induat, ac postremo cœlo beat. Illius inauctoratio subdola, militia acerba, stipendium (quod scriptura teste mors est) acerbissimum. Huius obligatio fidelis, militia A premijs in hac uita.

C quanto

quanto diuturnior, tanto suauior, stipendium suauissimū quod est beata immortalitas. Illis uita misera, mors miserior, post eam uita miserrima. His uita felix, mors felicior, quā uita consequitur felicissima. Et quis sub hoc tā leni, tam liberali imperatore nō quā lubentissime, uel gratis meruerit, q tam dulces imperat labores? Quod si mihi parū habes fidei, ipsum q fallere nescit (qd enim mentiatur ueritas) hortantē audi. Tollite iugū meū sup uos, et inuenietis requem animabus uestris: Iugū enī meū suaue est & onus meū leue. Quid tandē gaudiorū futurum rere iam parta uictoria, in cœlis sempiternū triumphū celeberrima cū pompa agentibus, quū sic delectet militiæ labor? Qua nos uoluptate afficiet felix illa libertas, qbus suaue est uel iugū? Sed fore suspicor, qbus miraculo futurum sit qd' diximus, eos nimirū de illorū grege hominū, q pecudū simillimi, oēm felicitatē, aut palati, aut uentris uoluptate metiuntur. Ii ægre adduci poterunt ut credāt, labores in qbus monachorū uita uersatur, nō modo molestos ac tristes nō esse, sed hilares etiā ac iucundos. Verum ijs quādo ne ueritas qdem ipsa ueri facit fidē, iubeo ipsos explorare, periculū facere. Moriar si qd fefellero, modo ne ab ipsorū parte peccatū fuerit, q non ut oportuit tentauerit, Quod si experiri piget, certe expertis fidem habeant. Ego qdem iurare ausim, nihil hic non esse uoluptatis plenū. Paupertie nostra nihil locupletius, seruitute nihil liberius, labore nihil ocius, inedia satura, angustiæ spaciosissime, mœror iucundissimus, amaritudo

Monachorū status qualis.

perq

perq̃ suauis, uigiliæ somno quouis gratiores. Verũ hæc ne iuranti qdem crediderint, imò me tã cõtraria iungentẽ, nihilo iudicabunt saniorẽ eo, q noctẽ lucidã, dum obscurum, aut ignem frigidũ, aquã calidã contendat asserere. Verũ qd facias pecudibus istis, q rationis experies, solis corporeis sensibus sapiunt? Age mos gerundus est illorũ tarditati. Aliquo sensibus familiari argumento adducẽdi sunt, ut ex notissimis parum nota coniiciant. Rus eos ducamus, aut certe si id molestum est, portus propior est, ubi nautarum unum quemlibet acatum sic percõtemur. Heus tu bone uir, num tibi molestus est labor ille nauticus. Imo (inquiet) dulcis. Qui sic? Nam quæstus iste uel omnium plurima ac maxime uidetur habere incommoda. Verum. At contra plurimæ res sunt quæ me fatigari nõ sinant. Quæ? Primum dulce lucrum quid non dulce faciat? Nihil mari locupletius. Multi hodie uiuunt, quos ex pauperrimis ditissimos una nauigatio fecit. Qui id si idem mihi eueniat? Deinde assuetudo ipsa bona me molestiæ parte leuat, quæ profecto tantum in rebus habet momenti, ut nihil factu sit tam acerbum, quin sæpe factitatũ aut dulce, aut certe leue fiat. Postremo sunt quibus ita laborem mitigamus, aut potius fallimus, ut ne animaduertamus quidem. Cantus, sermones, lusus, facetiæ, atq; eius generis alia mille. Audistis ut arbitror satis dilucide. Nũc si singulas officinas lustremus, credo singulos aut eadem, aut eiusmodi responsuros.

Quid igitur? Si opificiis istis lucelli uilissimi incerta spe

summus dulcescat labor, qd ni idem in nobis efficiat semē piternæ feliciatatis expectatio certissima? Si apud illos tan tum ualet assuefactio, quid causæ est, cur nō idem apud nos poßit? Si illis sunt quibus incōmoditates suas leniat, nobis certo sunt multo & plura & potiora.

## Libertatē summā eße, nō in mūdo, sed in secessu. Ca. IX.

Tria bona uitæ monasticæ

QVæ quidem (ne perturbate diutius ac sine ordine feratur oratio) in tribus potissimū mihi constare uidentur, libertate, tranquillitate, ac uoluptate. At libertatis (ut de hac primo loco disseramus) natura cupientissimi sumus omnes, seruitutem nemo non horret, adeo ut pleriq; eius odio mortē sibi cōsciuerint, libertatem uita iudicantes potiorē, mortem seruitute. Quare si adeo libertate delectantur homines, ut emendam tanti falsam putent nostrū uitæ institutū amplecti atq; expetere debent, ut pote qd' et summā & uerā habeat libertatem. At hic mihi imperitior aliquis dixerit. Si libertas (Cicerone definitore) est potestas uiuendi ut uelis, quæ nobis sit libertas omnino non intelligo, qbus uolucrū more cauea inclusis, nisi abbatis iussu tentare licet nihil, non edere, non loqui, non dormire, nō uigilare, nō ire, nō redire, non uel hiscere. Hocane tandē est liberos uiuere? Non hercle magis, quā liberi sunt equi & asini, q frenis ac stimulis, quocūq; lubitum est seßori arcūaguntur. Sed istud facile soluitur. Nā nihil nobis qd nō liceat libet, licet igitur qcqd libet. Verū de nostra libertate posterius. Interim sine te uiaßim pconter, qua tandē frōte tu tibi libertate

Libertas

bertate

bertatem uendicas, cui tot sunt domini, quot uix uno die pernumeres. Principio tibi secularibus (ut uocāt) necessitatibus seruiendū est, q̄bus quisq̄s semel manus dederit, ita illum irretire nexibus, tantis cōplecti catenis solent, ut quocunq; uocarint, sequendum sit. Quid si & uxorem habeas, imò habearis? Est enim res reciproca cōiugium. En tibi alteræ compedes. Accessit molesta sane seruitus, atq; ex qua haud facile te expedias. Quid si etiam sceleratus sis? deum immortalē, in quā durā seruitutē te asseruisti? Iam tibi quot uitia sunt, tot dominis parendū est, et q̄dem teterrimis, improbissimis, sæuissimis. Quis enim eum liberū censuerit, q̄ libidini suæ nihil tēperare potis est, sed q̄duis etiā turpissima (ut semper) ac durissima (ut sæpe) imperātı obtēperat? Sōnos poscunt oculi, libet dormire. At contra ne facias, uetat imperiosa admodū hera libido, iubet noctu insanire, cursitare, amicā īuisere, in olēti fornice īter p̄stibulas noctē īsomnē ducere. Illic scorto putidissimo inseruiēdū est: iubet, parendū: uetat, æque parendū: eijat, abeundū: reuocat, redeundū. Annon tibi ista seruitus, & q̄dem maxime pudenda uidetur? Quæ uero homini cupido libertas? Libet domi uiuere, sic iussit, inertia. Nū cōtinuo licet? Si q̄dem istuc sinet domina cupiditas. Sicáne (inq̄t) agis ignaue? Cessas? Nō uides quantum lucri facturus sis, si iam merces in Angliā traieceris? Age accingere, nauigandū est, en tibi uētı secūdi. Tu certe ut heræ iussa pagas, uel totas hyemes terra marique cursitas, tēpestatū, cōiugis, natorū, uitæ postremo se-

Varia seruitutis genera.

Vxor.

Libido.

 curus

gurus. Hoc ne est tandem liberum uiuere? Idem de singulis uitijs probandi ratio sumi potest. Verũ iamdudum odiosam esse loquacitatẽ meã sentio, ad cætera ueniendũ, si prius generatim docuerimus, q sceleratus sit, liberum esse neminem. Nunq̃ ne turpitudinis tuæ pudet pigetq; ? Et sæpenumero credo. Quis enim usq; adeo pditus est, qui nunq̃ in se redeat, perspectaq; fœditate sua, uel supplicij metu, uel uirtutis amore mutari cupiat? Ita est inquies, q pugno aliquoties à perditis moribus recedere, sed iam abire parantẽ, nescio qua uiolentia, peccandi cõsuetudo remoratur, ac uel inuitũ ad pristina studia redigit. Recte uero narras. Quid? Sentis ne igitur te captiũ esse miser? Tandẽ ne intelligis, te seruũ esse uitijs? Vbi senserint te à se desciscere parantẽ iam fugam meditari, manus tibi inijciunt, atq; ut seruũ cõpedibus uinctũ pristino (ut ita dixerim) dedunt. I nunc demens, & libertatẽ tuã nobis iactita, cui seculo, cui coniugi, cui fortunæ, libidini, cupiditati, ambitiõi, cui deniq; diabolo ipsi seruiendũ est, adeo ut iam cum Syro illo Terentiano merito dixeris (nisi qđ ille ficte, tu ex animo) scire cupio quot mihi sint domini. Porrò ut scite noster scripsit Hegius. Seruire multis sortis est miserrimæ. Quid ego nunc tibi nostrã libertatẽ cõmemorẽ? An nõ singularis libertatis uidẽtur extra fortunæ (si qua est) ditionẽ uiuere, eam neq; acerbã metuere, neq; optare secundã, aduersa nõ frangi, fausta nilo fieri insolentiorẽ? Audemus illi cum Democrito mandare laqueum (ut apud Iuuenalẽ est) mediumq; unguem ostendere

Consuetudo uitiorũ

dere. Nihil illi in nos iuris est. Rerũ cupiditatẽ unà cum rebus ipsis abieamus, imò deo fœnerauimus. Qui si uitã adimit? Nobis qdem præter turpitudinẽ nihil acerbum accidere poße persuasum est. Mors uero ijs metuẽda est, q turpiter uixere. Bonis certe nõ modo nõ metuenda, uerumetiam optanda est, utpote quæ eos hinc in feliciorẽ uitam deducat. Præterea ferreã illam, imò adamantinã secularium negociorũ catenã abrupimus, ac molestißima sarcina leuati cœlo ferentes animũ, quicqd humi geritur nihil nostra intereſſe iudicamus. Quare qd potest eſſe liberius? Postremo durißimũ illud Pharaonis teterrimi iugum, deo opitulante, excußimus: improbiſſimis dominis (uitijs dico) parere desinimus, nõ ita qdem, ut nihil unq̃ peccemus (quod haud scio an nemini mortaliũ in uita cõtigerit) Sed ut miles is plurimũ sibi laudis, uictorisq; nomen, è certamine merito suo ferre potest, q consertis cominus dextris nauiter dimicãs, nõ sine uulneribus qdem suis, sed tamen hostem aut capit, aut iugulat: cõtra uero uictus iudicaretur, si etiã citra uulnera, & salua cute se capi, atq; in seruitutẽ abduci pateretur: ita nobis, si quãdo euenerit, quod (ut dixi) ab homine præstari ferè neqt, qd nostra refert, si nõ nihil labamur certe uincimus, certe libertatẽ, certe uitam tutamur. Quid q̃ ij q in prelio fortiter egerint, retecto pectore etiã cicatrices suas ostentare solent, aut spiculis, ita ut forte excepta sunt in corpore relictis in castra seu in urbẽ spectãdi redire, id decorum maxime arbitrantes, si pro patriæ, suaq; salute,

 tuenda

guenda quàm maxime uulnera excepiſſe intelligantur? Præſtat profecto ſeminecē, ac uictorē in caſtra referri, quā incolumē (ſiquidē id detur) quā hoſti deditũ uiuere. Quiſqs aũt ui ijs ſe dedidit, hoſti deditus uiuit. At quali hoſti? Quo nemo ſit turpior, nemo immanior, nemo capitalior, qui noſtræ mortis quā ſuæ uitæ ſit auidior. Et qd poſſit eſſe homini magis pudendũ, aut quid hominis dignitate indignius, quā diabolũ tam fœdũ ferre dominũ, eo contempto cui & ſe & ſua omnia debeat? Præſertim cũ huic ſeruire ſumma ſit libertas, atq; adeo ſola. Quare ſi quem ſeruilis illius libertatis iam tedium cepit, huiusq; liberrimæ ſeruitutis deſideriũ, hic hic quærendā nouerit. Nam cum illi ſeruire una ſit libertas (ut diximus) id autē ita, ut in ſeceſſu nuſqā licet nuſquam tanta libertas.

Cōcluſio.

Solitarios duplici tranquillitate gaudere. Cap. X.

Solitudinis laus.

TRanquillitatem uero quis digne commemorarit? Non hic inquietus ille mundi fragor obſtrepit, qd enim iſtic non plenum fremitus, plenũ tumultus? Hic lachrymat, ille ridet, hic queritur, ille litigat, hic ſalutat, ille nunciat, alius uocat, alius reuocat, itur, reditur, clamatur, diſcurritur, quocunq; aſpexeris, quoquo te uerteris, quietum nihil, nihil non clamoſum offendes, ita ut in turbulentiſſimo aliquo freto uerſari poſſis uideri. Et quādo inter iſta liceat animũ cōponere? Quis in tam uaria rerum facie poſſit ſecũ conſtare, ſecũ uiuere? Quid in turbine iſto diuinus hōis animus poſſit ſe dignũ, aut cogitare, aut agere? At qui fiat ut ſponſum ſuum fores pectoris pulſan-

pulsantem sentiat, alloquentis uc uocē audiat anima, iam factu perpetuo atq; immodico fremitu surdastra? Profecto non in urbe, sed in monte, non in curia, sed in spelunca, non in petras conterente turbine, non in cōmotione, non deniq; in igne, sed in auræ tenuis leui sibilo Helias dominū sensit adesse. Quod si sacras historias euoluere uacet, uidere fuerit maxima queq; diuinarū rerū miracula, nō in turba gesta esse, sed in recessibus: Vbi enī Mosi arcanū illud rubi flāma innocua flagrantis portentum exhibitum legis? Num in Aegiptijs urbibus? Minime (Nā tum illinc tyrranni metu profugerat) uerū ad montē dei penetrata prius uastissima atq; altissima sylua. Neq; fumantia tecta, sed deserta uirentia incolentibus manna depluit. Vbi uero diuina illa ferendæ legis pōpa acta est, quū è densissima caliginæ fulminibus subinde celeri flamma emicantibus, mugiente tonitru cælestes bucane horrendū interstreperēt? Nēpe in Sinai montis uertice, uulgo procul absistere iusso. Et olim prophetarū filios prophetas utiq; futuros tectorū odio Iordanis ripas habitasse accepimus. Ioannes homine maior, ut pote angelus domini uocatus, ubi quæso cælestem ac purissimā uitam exegit? Vbi diuina arcana edoctus est, ut dissimulatū homine deū digito monstrare nō dubitauerit? Profecto nō in patrijs ædibus sed in heremo. Quid q, & dominū ipsum Iesum quasi turbarū fastidio secessus sæpenumero captasse uidemus. In montibus quoties docuisse legitur. In desertis item, in littoribus quoq; quoties quā admiranda

gessisse, in curandis morbis, in corrigendis cũ corporum tum animorũ uitijs, in exturbandis teterrimis spiritibus, in explendis conuiuiis tam multis tam paucis epulis. Ieiunaturus ab hominũ cõspectibus desertos locos abdidit sese. In monte grauissima illa uisio tribus apostolis exhibita est. Crepusculo eius noctis, qua capi se passus est Christus, orandi gratia in hortulos secessit. Ipse est qui nos quoq; oraturos in cubiculi secretis abdi iubet. Denique; extra mœnia (haud temere certe, sed consulto) cęsus est, ita ut facile coniicias illum fugitasse tumultus, odisse clamosa theatra, nõ amasse strepẽtia fora, nõ celebritate ac frequẽtia delectatũ, sed solitudine gauisum, amicã illi fuisse tranquillitatẽ. Quid nũc humana ac leuiora cõmemorem? Pythagorã in Idæo antro multa arcana edoctũ ferunt. Plato Academiã suã philosophiæ colendæ multo Athenis iudicauit cõmodiorẽ. Poetæ ipsi, nescio quas rupes ac lucos sibi finxerũt, in qbus uersarentur, quoties eos diuinus ill furor corripuisset, hoc significantes, eũ q aliquod egregiũ ac uenustũ carmen condere cupiat, a turba semotũ esse oportere. Postremo (ut ad uulgus ueniamus) uidemus fabros aurifices, pictores, cæterosq; artifices, quorũ opificiũ aliqd singularis habet industriæ, quũ quiddam exactius atq; accuratius efficere cupiunt, aliquo fugere ubi strepitus hominũ ac frequentia laborantes non interturbet. Ex qbus omnibus liquido intelligi licet, turbam arduũ qppiam molientibus uehemẽter officere, tranquillitatẽ summis gerendis rebus esse opportunam.

Quid

Quid autem pôtest esse magis arduũ, ac seriũ eo negoci no qđ ad animæ salutẽ, ac beate uiuendũ spectet? Id igitur in mundo haud cõmode curaueris. Quis enim isthic tranquillitati locus? At hic contra mi Iodoce omnia late silent, foris, intus, utrobiq; summa rebus pax est. Illam quidem gratissimus ipsa loci recessus parit, hæc uero ab optima atq; integerrima mente proficiscitur. Ita aũt alterius opem utraq; poscit, ut si alterutrã detraxeris, neutrã reliquisse uidearis. Nam & externa illa qes internã fouet, alit, tutatur: at illa uicissim, nisi hæc accesserit, molesta, odiosa, imò pniciosa fuerit. Eũ enim q acerbo atq; turbato sit animo poeta solum esse prohibet. Quicqd agis, loca sola nocent, loca sola caucto. Quò fugis? in turba tutior esse potes. Nec præterire queo (tametsi iã pperandũ mihi sentio, pcõmode enĩ incidit) nobilẽ illã Cratetis philosophi exhortationẽ, q ut forte adolescentulũ quendam nitro atroq; cõmeantẽ animaduertisset solum secũ, nescio qđ fixius meditantẽ, rogabat qđ illic rerũ ageret. Mecũ ait ille, loquor. At caue, inqt Crates, ne cũ homine improbo loquaris. Et facetę & breuiter uterq;. Est igitur laudanda solitudo, sed in homine laudato, cõtra sceleratis nihil pniciosius. Tũ enim acerba cogitant, tũ immanissima flagitia concipiunt, tũ & sibi & alijs sæua consilia tractant. Quid tandẽ miseros ad accelerandũ sibi necẽ impelleret, nisi cõmoditate sua inuitet solitudo? Quis unquã aut uenena bibit, aut laqueo iugulum fregit, aut ense pectus defodit, aut sese præcipitem dedit, nisi solus? Cratetis exhortatio.

Quorſum igitur,inquis,laudas mihi tantopere ſolitudi-
nem rem tam peſtiferã? Hic nihil cõmodius reſpondero,
quã Cratetis modo cõmemoratã ſententiã. Tu cũ tecum
uiuis,caue cũ homine improbo uiuas,iam nihil erit ꝙ ſo-
litudinẽ metuas Ita à turba,ut multo amplius à uitijs re
cedas.Ita ſileant arcũ te loca, ut non fremant pectora.

Timonis Athemen. ſolitudo.

Quanquã hoc uerboſo ſermone non tibi Timoniã illam
ſolitudinẽ cõmendare ſtudui,uolo enim te nõ ex uniuerſo
hominũ genere.ut fecit ille,ſed è turba migrare. Verũ de
extrema quiete ſatis. Iam de interna paucas agendũ eſt,
quæ ut in mente eſt,ita non niſi à mente proficiſcatur,ſed
bona,ſed nullius ſibi flagitij conſcia.Tanta enim uirtutis
uis eſt,ut cuius in animo conſederit,eum incredibili pa-
ce quadã tranquillet,ac leniat,omniq; anxietate,horro-
re,metu,ac perturbatione liberet.Quæ res quanti ſit,tũ
rectius intelliges,ſi inſpicias quas anguſtias,quos tumul-
tus ſceleratus animus ferat.Nã ꝗ fur,aut peculator,aut
ſcortator,aut proditor,aut ſtuprator,aut adulter,alioq
flagitioſus ſit,ſcelerũ conſcientia premẽte, in ꝑpetua an-
xietate ac formidine uerſatur.Occurſant dormienti, oc-
curſant uigilãti,tanꝗ furiæ quædã horribiles illæ ſcelerũ
facies.Ad omnia palleſcit,exanimatur,metuit,quum om-
nia,tũ hæc in primis ſuſpicionẽ,ſermones,infamiã, iudi-
cium,ſupplicium.Verũ fac contẽnere, aut certe fallere ho-
minũ conſcientiã,fac itẽ deum immortalẽ nõ uereri,num-
quãdo fieri poterit,ut ſuã ipſius conſcientiã effugiat?Ni-
hil ꝓfecto minus. Quoquo enĩ rerũ ſe uerterit, quocũq;
locorum

locorū profugerit, dira illa pectoris tormenta nō dese-
runt fugientē, imminēt, agitant, territant, nō epulas, non
lucem, nō uitā sinunt esse iucundā, ipsam postremo qetē
inqetant, efflaunt. Hinc plerunq; corporis macies, hinc
uultus truculentia, hinc oculorū fœditas, hinc cuiusuis rei
metus, quo ipsi sese prodere solent. Quod pulchræ & iu-
ste ab æquissimo rerū iudice cōparatū est, ne nulli omni-
no impune nocentē esse liceat. Nā maleficiā, fœda quædā
suspicio cōtinuo consequi solet. Primū ea abunde nocentē
ulasciatur. Deinde sermones atq; infamia, quæ pfecto tan-
tum malū à plerisq; iudicata sunt, ut è uita migrare, quā
his obnoxij uiuere maluerint. Verū multi eò malitiæ eua-
sere, ut ista faale contēnant. Quin esto iuxta uulgi ser-
monē quantū eis malitiæ, tantū sit & fortunæ, ut ipsis
neq; postulator qsquā, neq; iudex exhibeat negotiū, erit
tamen, erit aliquādo, q inexorabili seueritate suppliciū su-
mat. At ista pcul absunt inquiūt, quasi uero certi sint uel
unam se horulam uicturos. Verū ut hoc eis concedamus,
certe iam nunc presens intra ipsos suppliciū est maleficia-
orū cōsciëntia, quæ tam acerba est, ut nullū facinus, tantā
adferre uoluptatē possit, ut his cruciatibus emenda sit.
Quis enī unq̄ satis æstimauerit, quā dirus sit ille pectoris
motus, quū seditiōe quadā acerrima, ipse à sese dissidet a-
nimus, ac qbusdā partibus suis, alijs alio nuētibus cōcuti-
tur, discerpitur, discindit̄, accusante memoria, iudicāte ra-
tiōe, puniēte consciētia, aliò ratiōe, aliò natura, alio uocā-
te peccati libidine. Vnde perpetui stimuli, ppetuæ rixæ,
bellū perpetuū. Quapropter nō absurde ecclesiastia qdā

Nemo nō cens sine pœna.

sensisse

sensisse iudicandi sunt, qui conscientiæ remorsum, qui ma-
los ad inferos euntes consequitur, eorum suppliciorum
quæ illic inueniunt non minimã partem iudicauerunt.
Iuuenalis igitur præclare ille, ut etiã. Quur tamẽ hos tu

Sat. 15. Euasisse putes, quos diri conscia facti
Mens habet attonitos, & surdo uerbere cædit,
Occultum quatiens animo tortore flagellum?
Pœna autem uehemens, & multo sæuior illis,
Quas & Cedinus grauis inuenit, & Rhadamanthus,
Nocte dieq; suum gestare in pectore testem. Et post (pauca
Cedo si conata peregit
Perpetua anxietas, nec mensæ tempore cessat,
Faucibus (ut morbo) siccis interq; molares
Difficili crescente cibo.

Et cætera item uerissime atq; pulcherrime. Possent eadem hæc ut ratione atq; autoritate probata sunt, ita mille doceri exẽplis: at nos (ne singula prosequamur) tribus contenti erimus, quorũ primũ ex fabulis, alterũ ex Romanis historijs, postremũ ex sacris literis petemus. Quid enim aliud sibi uult, quod Orestes, simul atq; matrem trucidasset, ab ultricibus diris (quas uulgatius furias appellant) correptus fingitur, itaq; ab his exagitatus, ut quocunq; fugisset, eas aduersas sibiq; faces intentantes offenderet, quã eum qui aliquod flagitium admiserit, ita cõscientiæ stimulis torqueri agitariq;, ut phrenesi quadã laborare uideri possit? Multa qdẽ ante a poetis excogitata sunt, at hoc mea sentẽtia nihil aptius. Quare me huius fabulæ cõmemoratæ nõdũ pœnitet.

Orestis insania.

Et quid

23

Et quid Lucij Syllæ exempli evidentius? Fuit huic uiro, ut legimus, inexpleta crudelitas, ita ut miserabile dictu sit, quod aut proscripserit, aut cædi iusserit, ceteris item sceleribus nō segnius ornatus. Verū de hoc tyranno (quod nemo alius poterat) ipsa hominis malitia suppliciū sumpsit. Maleficiorū enim suorū cōsciētia ita excruciatus est, ut nullo ingenio, nulla medicorū ope, somnū amissum reuocare potuerit, tandemq; morbo fœdissimo (quē pediculare uocant) perierit. Restat Chain ille, antiquissimū quidem, at ea re nihilo obscurius huius rei exemplū. Is fratrem inuidia pmotus truadasse legitur, neq; id impune. Continuo suppliciū consecutū est, uariū quidem, at nullum inclementius, nullum capitalius, quā conscientiæ. Ea in sceleris autorē multo seuerius quā conditor ipse animaduertit: obiurgabat ille, imò potius expostulabat, ut pœnitentiam simul & confessionem eliceret: at miser ille, maius peccatum suum exstimabat, quàm cui ignosceretur. Vitam illi donaret deus, at ipse se uita iudicabat indignum. Quam dirum carnificem in illius pectore sæuisse credimus. Quid illi dulce in uita accidere potuisse putes, qui sibi ipse infensus, sui desperans, sibi ipse molestus, uitam credebat acerbam, in conspectum hominū prodire uerebatur, quippe qui omnes sibi tales fingeret, qualis ipse sibi erat. Vides Iodoce mi, quæ tormenta, quas labes, quos stimulos, quos tumultus, quos æstus sceleratus animus ferat? Nunc tute collige, quàm plena ocij, pacis, uoluptatis res sit nihil conscire sibi,

Lucij Syllæ interitus.

Chain supplicium.

Conscientiæ supplicium grauissimum.

Conscientiæ tranquilitas.

nulla

nulla pallescere culpa. Quid est qd' pectus ita preparatum atq; compositũ permouere possit? Quid est, quod iure metuat? Nũ homines? Verũ nõ terretur inimico homine q amico nititur deo. Nũ calamitates? At eas etiã lucri loco deputat. An uero mortẽ, quã etiã ultro optat? Postremo an deũ ipsum? Ne ipsum qdem, utpote cui se et charum, & curæ eße confidit. Quid hac re potest cogitari pacatius, qd securius, qd felicius? Sentire utcunq; Io doce potest, narrari plane neqt. Num ista tibi leuis uidetur causa, quur ad nos aduoles? At forte ipsum ad qd' te aduoco iam istic beatus habes. Sic eqdem confido. Sed eo magis tibi istinc euolandũ censeo. Habebis enĩ hic & multo cumulatius & longe tutius. Quid tibi adeo liberũ est inter latrones charum portare thesaurum: Hic si qd habes augebitur, istic æternus metus est ne ammittas. Hic interna illa pax maxima, externa nisi hic nusquam. Istic hæc nulla, illa si qua est, & rara est, & parum tuta, ppterea quod cœnobia, ex malis bonos, ex bonis meliores efficiant, mundus contra, ex bonis sceleratos, ex sceleratis sceleratiores reddere consueuit.

*Encomiũ uitæ monasticæ.*

Cap. XI.

*De uoluptate uitæ solitariæ.*

VErum de tranquillitate paucioribus quidẽ, quám res postularit, pluribus tamen quã instituerã egisse me uideo, nunc de uoluptate (quod unũ restat) quã breuißime poterimus, exponemus. Ea profecto una est, quæ omnes homines tã sibi penitus deditos habet, ut ab ea nullis malis deterreri, nulla ratione auelli poßint. Et illud fortaße non absurde Epicurus, errare quidem mortales in iudicandis uoluptatibus, omneis tamen uno animo

alys

aliis q̄dem atq; aliis modis eas expetere. Proinde seculares (quos uocant) ea uel maxime causa nostræq; uitæ institutum fugere atq; odisse solent, quod triste putēt esse, horridū, inhumanū, atq; alienū ab omni uoluptate. At nos (ne eos iste deterreat error) longe secus esse demonstrabimus, tantumq; abesse, ut uita nostra uoluptate uacet, ut ausim omnes Sardanapalos ad eam tanq̄ quendā delitiarum paradisum inuitare. In monasteriis uoluptas inqs, Delphinū syluis appingis, fluctibus aprū. Imò uero mi Iodoce tota uitæ nostræ ratio Epicurea est. Quid istuc inquis? Audies: Negat Epicurus eas admittēdas esse uoluptates, quas maiores molestiæ consequantur. Et nos q̄dem non scortamur, non adulteramur, non Asotorum more nos ingurgitamus: sobrii orientē, sobrii occidentē solem uidemus, quorū utrumq; uidisse illos negant. Hæc enim omnia nunq̄ ita se habent, quin plus adferant molestiæ quā oblectamenti. Sed neq; ditari, neq; clari aliquo magistratu effici aut possumus aut cupimus. Ne ī his q̄dē ab Epicuri magisterio desciscimus. Nā cum parū habeant uoluptatis, molestiæ plurimū: sapimus, q exiguum cōmodum maximo incōmodo mercari nolimus. Præterea docet nonnunq̄ adeundos esse dolores, maiorū dolorū effugiendorum gratia: item sæpe omittēdas esse uoluptates, ut maiores assequamur. Quid nos? Vigilias, ieiunia, solitudinem, silentium, cæteraq; eius generis pferimus, ne maiores dolores ferendi nobis sint. Non putamus uncti, non choreas ducimus, nō cursitamus quocūq; fert libido, non

*Voluptas uitæ monasticæ.*

*Epicureæ uitæ monastica cōfertur.*

cæteris ineptijs indulgemus, at utinã uideas quanto cum fœnore istis careamus. Tu nos uoluptatẽ amisisse credebas? Cõmutauimus non amisimus, atq; ita q̃dem, ut pro paucas ac paruis plurimas ac maximas receperimus. Iam dudum nitidos istos ac molliculos arrectis eße auribus arbitror, ut qui me nouũ aliquid parandæ uoluptatis artificium docere sperent. Docebo eq̃dem. Sed eos interim à fœdißimis istis illecebris, q̃ nobis cũ pecudibus cõmunes sunt, animũ transferre uolo. Pecudes eße desinant intelligantq́; in homine sublimius q̃ddã esse ac diuinius, quò potius q̃ ad corpus delectatio referẽda sit. Nã pecora cũ in illis sit nihil corpore præstantius, suã quandã felicitatem uentris ac inguinis repletione non iniuria metiuntur. At hominis dignior cõditio est, quã ut nõ alijs rebus, ac bruta natũ se existimet. Constat enim ille nõ corpore modo, uerumetiã animo. Corpore q̃dem excepta figura, nihil à brutis absumus, anima uero nõ parũ ad diuinã illam atq; æternã naturã accedimus. Corpus terrestre, brutũ, tardum, mortale, morbidũ, caducũ, iners, ignobile. Anima cõtra, cælestis, subtilis, diuina, immortalis, ppetua, lucida, generosa. Et q̃s sic cæcus est, q̃ nõ uideat ne conferendũ quidẽ eße cũ anima corpus? Quantũ igitur à dignitate animæ abest corpus, tanto animi uoluptas corporis præstat illecebris. Illa enim uti anima, uera, ppetua, fastidij nescia, syncera, honesta, diuina, salutifera. Hæ contra falsæ, labiles, fastidij plenæ, plus aloes q̃ mellis habentes, fœdæ, mortiferæ. Fieri aũt neq̃t, ut idẽ et corpis et aĩ uoluptate gaudeat

gaudeat. Alterutra carendū est. Quid hic consultus consulere Epicurus? Nēpe ut obscœnas illas corporis illecebras amoueamus, ne impedimento sint, quò minus praestātiores & dulciores animi uoluptates assequamur. Atq; hoc qdem (ut dixi) est uoluptates non amisisse, sed fœnerasse. Sed iamdudū audire te uelle suspicor, qbus hic animi pascamur uoluptatibus. Primū eo horribili sordidæ cōscientiæ cruciatu uacare Epicuro autore (ne ab eo recedamus) (uoluptas est uel maxima. Nā illi nō parū multū est, qđ gaudeat, cui nihil est quod doleat. Deinde cœlestiū atq; immortaliū deliciarū contēplatio, in quas nos uenturos deo uolēte speramus an nō uoluptaria est? Quis est stupido pectore, q ubi huius uitæ saturo cœlestis felicitas in mentē uenerit, non uel lachrymet præ gaudio, cuius animus sic mœrore deiectus atq; humi depressus est, qui cogitata ulla uita nō erigatur, nō exhilaretur, nō ex hoc corpusculo euolare gestiat? Quid si etiā gustata? Quanq̄ hæc nondū sapiūt, qbus adhuc mundus sapit, sacris animis nihil exploratius. Nā q̄uis uitæ illius iucunditas futuro æuo seruata prius papi nequeat, quā animus ex hoc teterrimo carcere emergēs eò reuolet, unde pfectus est, eius tamē odore quodā sensuq; piæ mētes afflari mihi uidentur, & quasi cœlestiū hymbriū rore quodā tingi, ac de illa nunq̄ defectura luce nescio qd sublustre aspicere. Quæ res qd habeat uoluptatis, ei cui cōparata nō sit nec psuaderi qdē potest, expertus nō estimari nedū narrari. Quanq̄ aūt harū deliciarū rara (ut iqt Bernar.) hora & breuis

Sententia

soleat esse mora,tantæ certe sunt,ut si qcqd hic mundus
usquã habet uoluptatis in unũ cõfletur,præ is uile qddã
fastidiendumq; uideatur. Quod si bene gestorũ nulla alia
essent speranda præmia(quod multo secus est) certe hac
una mercede quosuis perferre labores nũq̃ me pigeret,
dignasq; iudicarẽ,quarũ potiũdarũ gratia cæteras ille
cebras oẽs non solum contẽnerẽ,uerũetiã bellũ eis indice
rem. Age igitur quanti futurã arbitramur illorũ gaudi
orum copiam, quando sic dolor tenuißimus delectat, sic
recreat,sic affiat? Quã uoluptariũ erit,diuino illo lumi
ne(quod nisi purgatißimis oculis uideri neq̃t)perlustrari,
ita ut ipsi quoq; toti pelluceamus,quũ tãtum adferat uo
luptatis nebulam(ut ita dixerim)subluadã idq; raptim
suspicere? Hæc meditari,res est uoluptatis plenißima.
Præterea dulcedo illa,qua spiritus ille paracletus.i. con
solator, candidißima pectora quoties secretus illabitur
affiat,quoties in thalamo castißimo sponsam sui amore
languidã spõsus amplectitur,ac querulã(ut sunt omnes
q̃ misere amãt)blãdißima quadã ac amica familiaritate
cõsolatur,dulcedo inq̃ illa qd a me cõmemoretur? Nar
rẽt q̃ norint. Norũt aũt,& qdem feliciter,qbus licuit ex
periri,ego ad has admitti delitias nõdũ meritus sum, aut
si qd tenuiter libaui,malo de alijs,q̃ de meipso dicere. Et
si hoc certius,illud tamẽ molestius. Eos igitur psæpe cũ
lachrymis fatẽtes audiui istas seculi uoluptates,quæ ua
nis hominibus uitio palati sapiũt,ita sibi uideri insipidas
ut nõ solũ a rebus ipsis animus,uerũetiã à cõmemoratio
ne au

ne aures abhorreāt. Nimirū sorduerunt glandes, ubi Ceereris usus repertus est, fastidire cœperunt falsas delitias, ubi ueras gustarūt. At heu pleriq; mundi cultores, ex illo agresti & stolido hominū genere, porānis istis pabulis ita fauces habent imbutas, ut eis præter suas glandes sápiat nihil, nec plane intelligunt, quæ possit esse uitæ iucundi as, aut cur in uita morandū sit, sublatis glādibus, id est uentris ac faucium uoluptate. Proinde quoties fit ut nos uideant in his laboribus (ut ipsi existimant) in quibus se ne uiuere quidem posse credunt, hilariores aut etiam corpore habitiores uiuere quā ipsi inter suas epulas uiuant, admirari maximopere solent, nec intelligere possunt, posteaquā carnis delectamenta reiicimus, qua ex re ullam præterea uoluptatem capere poßimus. Vident adolescentulos teneros, puellas item delicatas, uident annos, uident formam: qui, indulgentia paulo ante educati sunt meminerunt, altera ex parte si quid hæc uita asperum, si quid triste habet collocant, solitudinem, laborem, uigilias, inedias, & id genus cætera. Vident non modo liberum eis esse ab hoc uitæ genere recedere, uerumetiam admirabili quadam parentum atq; amicorum improbitate suaderi, moneri, rogari, impelli, illos contra multo pertinacius obsistere, matrem lachrymantem siccis consolari oculis, sororem colla stringentem contemnere, à charißimis sodalibus, à quibus nuper unum diem abesse durum erat, nunc omni uita tam facile auelli, deniq; tanta hilaritate supremū ualedicere, tanta alacritate suprema diuidere oscula, ut nemo uel alienus inter hæc lachrymas

 tenere

tenere poßit. Libet hic meminiſſe (q̃ſo ne moleſtum ſit) la-
chrymabilis illius cœnæ, q̃ Margaretæ uirgini optimæ,
mihi ſororis loco ſemper dilectæ, cũ parentibus ſuis fuit
ſuprema. Aderam ipſe, & mecũ unà plurimi, quos filia
eò conuenire dederat operã, ut nobis aduocatis patrem
exoraret, quod iam ſex annos fruſtra orauerat, ut mona-
cham fieri ſineret. Matris enim iam expugnauerat ani-
mum, neq; enim alterutrius difficultas ullo uitio acadit.
Sunt enim utriq; ut loco, ut ſpecie, apud ſuos facile primi,
ita ea uirtute, ut (quod felicitati rarũ eſt) nemo nõ amet,
non prædicet. Verum ita in libros propenſi, ut tanq̃ ada-
ment ſic ament. Cœpimus itaq; urgere patris animum.
Quid multa? Ille partim pudore, partim filiæ cõmiſerati-
one, partim noſtra improbitate uictus annuit. Tum uero
uidiſſes miſerabile ſubito oriri ſpectaculũ. Pater filiam
complexus ita inter oſcula lachrymari cœpit, ac ſi conti-
nuo in ſepulchro ponenda fuiſſet. Mater exanimata dolo-
re collabitur. Frater adoleſcens, q illi erat unicus, ac ger-
mana natu grandior, alter ætatis, alter ſexus imbecilli-
te, eiulatu addentes lachrymas ſororem cõmunẽ utrinq;
amplexi, p has inquiunt lachrymas, per ſi qd poteſt fra-
terna ac ſororia pietas, oramus ne nos deſeras miſeros
ne unà utroſq; perdas. Cæteri amici alij flere taciti, alij
precari, alij ſuadere, alij increpitare, at ſicas genis nemo
omniũ. Nos porrò q filiæ uaneramus aduocati, cũ omniũ
tũ patris lamẽtis ac lachrymis pmoti, quæ illi uiro grauiſ-
ſimo ut puero cadebant ex oculis, & ipſi lachrymari cœ-
pimus, id qđ cũ noſtro dedecore dicimus. Iam ppe pœ-
nitebat

Hæc ad-huc uiui Leidis ni-ſi q aliud nomẽ ſtu-dio poſi-tum eſt.

nitebat tantas turbas conâtasse. Quid inter hæc ageret uirguncula, sexu, ætate, natura mollis, educatione delicata? Paulus ipse ualedicturus, fratrũ lachrymis se, & si nõ permotũ, at motũ certe significat. Quid inquiẽs, facitis flentes, & conturbantes cor meũ? Verũ hæc (tametsi insigni in parentes esset pietate) oculis siccis, uultu sereno patri blandiens negat esse causam cur se excruaet, iustius gaudendũ esse, ut q̃ gnatã nõ amissurus, sed habiturus sit, quæ pro se deũ oret. Matris item ægrotũ animũ ac cæterorũ, osculis, precibus, monitis, lenire sedulo studet. Frustra, nam perpetuũ hoc conuiuiũ usq; in seram noctẽ singultibus, lachrymis, questibus ꝑductũ est, una hilari Margareta. Hæc itaq; quoties uidẽt (nã fit nõnunq̃ ut uideãt) hij qui, ut dixi, sero non nisi palato sapiunt, cõlachrymant sæpe etiam ipsi, admirãtur robur animorũ iuuenliũ, atq; iam suæ molliciei suppudet. Verũ quid suspicantur? Num censent eos annos, eos uultus, ea corpora, eos animos tã facile posse abduci, imò tam auersari seculi uoluptates, nisi repperissent iam potiores? Num ad eos labores tanta magnanimitate cõtenderent, ni dulces experti essent? Sic est mi Iodoce, sic planè est, dulce est expertis, quod etiam acerbum ac durũ inexpertis uidetur. Verũ quando hoc istis ꝑsuaseris? Vident enim, ut ait Bernardus, cruces nostras, unctiones nõ uidẽt. Cupio eqdem illis mentẽ meliorem dari, nisi tamen ipsi grato errore libenter insaniũt, quemadmodum Argiuus ille apud Flaccum. At tibi, (quando ab eo non multum absumus) planè persuadere Acto. 21

 uolumus

uolumus. O si optando assequi liceret, ut sicut sub aspe-
ctus tuos, hæ venturæ sunt literæ, ita in animũ tuũ animi
nostri transfundantur affectus. i. ut tu sic afficiare legens,
quomodo ego scribens afficior Iam hic epistole finem po
nerem, nec in persuadendo plus sermonis terendũ esse iu-
dicarē. At id quando frustra fortaßis optamus, & ad per
suadendũ nostra nõ ualet autoritas, unũ in mediũ addu-
cam Hieronymũ, quẽ & uita grauẽ, & eruditio fecit in-
signem Dic quæso uirorũ sanctißime, qd tu in ista hor-
renda solitudine, immodica confectus inedia, uigilijs, ppe
ppetuis maceratus, tantis laboribus attritus, nullã ne ha
bes uitæ iucunditatē? O quoties, inqt, in Eremo constitu-
tus in uasta illa solitudine, quæ exusta, solis ardoribus,
horridum monachis præstat habitaculũ, putaui me Ro-
manis interesse delitijs Et ut mihi testis est dominus, post
multas lachrymas, post cœlo oculos hærentes, nonnunq
mihi uidebar interesse agminibus angelorũ, & lætus gau
densq; cantabã Post te in odorẽ unguentorũ tuorũ cur
remus. Audisti Iodoce confitentē? Liceret qdem & alios
citare testes, u. rum aut huic, aut nemini credemus. Atq;
hæc quidem uoluptas omnibus pijs cõmunis est. Est ta-
men præterea quædam uiris eruditis peculiaris, qua fru-
untur, quoties aut probatißimorũ autorũ scripta legunt,
aut ipsi legenda scribunt, aut lecta animo uolutant. Hoc
uolupsatis genus tantã habet uarietatē, tantã copiã, u
nullus omnino fastidio poßit esse locus. Quid eni? Si qd ex
ipsis fontibus libet, utriusq; testamenti uolumina petun-
tur.

Hieronymi uita.

Studia sacra.

tur: Si ueritas per se honesta eloquentiæ nitore honestior facta delectat, ad Hieronymū, Augustinū, Ambrosiū, Cyprianū, atq; eiusmodi curritur. Si paulo fastidientiori Christianū Ciceronē audiendi libido est, Lactantius Firmianus in sinum ponitur. Sin neglectior apparatus, ac sobria cœna delectat, Thomæ, Alberti ac similium libri sumuntur in manibus. Quod si à ueteribus illis amias abesse perpetuo nequis, licebit quidem & istos interdū reuisere, ubi otium erit, at ita ut riualem te non conuictorē exhibeas. Est enim apd' istos mulier illa barbara, sed uultu honestissimo, quā tu raptā ubi capillos unguesq; secueris, ex scorto tibi legitimam coniugem facies. Habes igitur arcana, ac multa sacræ scripturæ uolumina, habes monimenta prophetarū, apostolorū, interpretū, doctorum, habes philosophorū ac poetarū scripta, non ei fugienda, qui nouit in aconita salubres herbas lègere. Quid? Inter hæc summo otio, summa libertate uacuum curis uersari, an non id est deliciarū paradisum incolere? Quis in tanta uerietate fastidio locus? Quid hic nō uoluptatis plenum? Quàm læto gramine campi uirent, blanda florum uarietate picta nitent gramine, hinc rosis formose rubentibus, hinc niueis lilijs placide candentibus, hinc purpureis uiolis arridentibus, hinc fuluis thymis suaue spirantibus. Nec desunt formosa nemora comis luxuriantibus, umbram gratissimam texentia, qua meridianos æstus defendamus. Adde arborum genus innumemerum, fructuum ferax sapore dulcium, atq; (quod pluris est) salubrium. Has iuxta liquidissimus ille amnis Monasticæ Vitæ oblectamenta.

tis dulci murmure labitur irrigans omnia, ille inquã amnis profundissimus, quẽ superari non posse demiratur ꝓpheta. In his amœnissimis pomerijs spaciari, errare, atq; (ut ita dicam) lasciuire quoties libet licet. Quid tale uestræ habent choreæ? quid popinæ, qd balnea? Ad hæc te Iodoce ut hominẽ & eruditũ & studiosum uoco. Ad hæc te ut amicißimũ inuito. An quicq̃ postea est, quod te istic remorari, aut hinc deterrere poßit? Habes quã mortiferæ, quã etiam acerbæ sint mundi illecebræ, quæ (ut ait Seneca) ad hoc nos amplexãtur, ut strangulent. Opes item quã nihil habeant boni, nihil solidi audisti. De honoribus in quas calamitates hominẽ præcipitẽt, satis, ut arbitror, demonstratũ est. Præterea de mortis inexorabili neceßitate adiectum est. Postrema ista uita quã plena discriminis, quibus sit erumnis obnoxia cõmemorauimus. I nunc et percontare utrũ in istis malis hærere, an ab istis euolare malis. Contra hæc nihilominus, qua libertate, qua tranq̃llitate, qua uoluptate, qua spe hic uiuatur accepisti, et nondũ etiã aduolas? Adhuc hæres, adhuc tecũ deliberas, adhuc cunctaris Aegypto suas carniũ ollas relinquere, ut manna te pascat Eremus? At durũ est inquis à charißimorũ cõsuetudine distrahi, amicorũ puincere affectus. Eia Iodoce durũ uocas, uide ne tu mollis potius sis. Caue ne pueri ac puellæ, q̃bus ista res minime dura uisa est, his tibi uerbis insultent. Tu negas te posse, quod nos potuimus? Et quo tibi barba, quo uiri nomen, quo anni, quo eruditio? Tu uero tibi persuade hijs amicis nihil esse inimicius, qui salutem tuam, aut impedire,

Mũdi illecebræ.

aut

aut remorari moliũtur. Qui si errore peccãt, aut amore insaniunt, nũ tu cupis unà cũ eis insanire? Sin consulto atq; prudentes officiunt, q̃ amici iudicãdi sunt, quũ tibi nõ optime cupiam? Sed in carne inq̃s angelum agere, humanis maius est uiribus. Postremo nõ licere hominẽ suo more uiuere, sed omnia ex aliena sententia, uel potius libidine agere, dictu est quã factu procliuius. Istud q̃dem non abnuo, neq; enim me latet, militiã esse uitam hominis sup terram. Sed si q̃d negotij est, id omne propemodũ in ipso tentandæ rei aggressu consistit, quẽ si strenue prupe[...]s, cuasisti. Iam olim uulgo dicũt. Is mediũ opus cõfecit, q̃ recte cœpit. At hic certe, cœpisse, porpe modũ pfecisse est. Sed primi te terrẽt aditus. Habeo quo istam tibi trepidationem eximã. Egre ab seculi uoluptatibus auelleris, æternas delitias cogita. Nostrũ institutũ triste ac durũ uidetur, ppetuos cruciatus aspice. Nihil te cruciabit quo perpetuos effugias cruciatus, nihil uoluptariũ erit, quò cælestes uoluptates amittas. Postremo nihil erit arduũ, quod sibi uehementer imperarit animus, nihil desperandũ, q̃d opitulante Christo moliaris. Iob 7.

Cap. XII.

IAmdudũ uideo te cõponere satanas, induere talaria, quo mox ad nos accurras. Verum ne nimiũ calidum hoc sit, paucas etiam mihi præmonendus es, ne tibi ueniat usu, quod hodie multis uidemus accidere, quos ideo pœnitet suscepti instituti nostri, quod in hunc, ueluti puteum, unde reditus non est, non descendunt, sed præcipitant sese. Ad Christi professionem

nemo

nemo cogitur, sed ab hoc nunq resilendu, sine quo nullæ omnino salutis spes. Cæteru in reliqs uitæ institutis, quæ pro tempore reperiunt homines, quando tanta est corporum atq; animoru uarietas, tanta rerum humanarum omnium mutatio, fortaßis non expedit quenq sic astringi, ut referre pedem non liceat, modo quod mutatur magis faciat ad illius q mutat salutē. At quādo aliter uisum est his, quoru arbitrio gubernatur mundus, hoc circumspectius est aggrediendu negociu, quo semel aggreßo, liberum non sit mutare qd' instituit. Olim monasteria nil aliud erāt, quā secessus qdam bonoru uiroru, q uel tedio uoluptatum ac uitioru, quibus hoc temporis hoc magis erat contaminata uita mortaliu, quod adhuc promiscue uiuerent ethnici cu Christianis, uel offensi sæuitia persecutionum, relictis urbibus, in inuios montes se subducebant, angelicā quandā uitā meditantes. Cultu uili, uictu tenui, quem facile quæuis terra suppeditabat, qbus omne tempus, aut sacris hymnis, aut sanctæ lectioni, aut cœlestibus colloquijs, aut pijs precibus, aut charitatis officijs. qbus ægroti aut hospites refocillabantur, aut innoxij operis, quibus egentes subleuabantur dabatur. Nec aliud tu erat monachus, quàm pure Christianus. Nec aliud monasteriu, quā grex ultro conspirans in purißimam Christi doctrinam. Aberat imperiu, ultro præuolabant omnes, & freno magis erat opus quàm calcaribus. Extremum illis suppliciu erat, amica fraternaq; correptio. Nunc pleraq; monasteria medijs mundi uisceribus admixta

*Quale fuerit initiu uitæ monasticæ.*

mixtæ

mixta sunt, nec aliter extra mundum sunt, quàm renes
extra corpus animantis. In quibus adeo non uiget disci-
plina religionis, ut nihil aliud sint quã scholæ impieta-
tis, in quibus nec liceat quidem esse puros & integros.
Quibus titulus cultusq; religionis, nihil aliud præstat, — Quales
quã ut impunitius liceat quicquid libet. Et quarum pru- — sint nunc
dentiæ mundus non credebat suas culinas, his creditur, — uita mo-
imò proditur ecclesiæ negotiũ. Est autẽ & inter ea, in — nastica.
quibus uiget religionis disciplina, nonnihil discriminis.
Aliud uitæ institutum alijs atq; alijs magis congruit. Pri-
us igitur teipsum explores oportet, ut tibi notus, iudicio
deligas uitæ rationẽ non ignotam, & iuxta Pauli doctri
nam, omnia probes, quod bonũ est tibi teneas. Bona pars
hominũ, non ob aliud suscipit religionis professionẽ, quã
ut uiuat cõmodius, uentri suo consulens, non animo. Itaq;
quos in mundo frugalitatem & industriam docebat in-
opia rei familiaris, hij in monasterijs otio luxuiq; indul-
gent. Quiq; in mundo tenues erent & humiles in pau-
pertatis professione satraparum ac regum luxum strepi-
tumq; imitantur. Et quibus unica uxore contentis feren-
da fuerant incõmoda matrimonij, nunc gratis ac licenter
uolutantur per omnia stupri genera. Quosq; prius le-
gum publicarum ac magistratuum metus cohercebat à
flagicijs, hoc præstat cucula, titulusq; religionis, ut
exempti à ditione episcopi ac magistratuum peccent
licentius. Ita ficta paupertatis professione paupertatem
effugiunt, ficta castitatis professione, libidini suæ con-
sulunt

*sulunt, ficta obedientiæ professione perfiaunt, ne cui cogantur obedire. Denique sunt quos casus aliquis conijat in hoc uitæ genus, alium quia puella uehementer ambita potiri non contigerit, alium quia in tempestate, morbo, alióue periculo metu perculsus, tale quippiam uouerit. Nonnullos sodalis ante charus pertrahit ad uitæ consortium. Quidam improbis hortatibus, ueluti bubali naribus pertrahuntur in foueam. Quidam etiam hûc protruduntur à parentibus impijs, aut tutoribus, quo se sumptu curaq; leuent, hij potißimum insidiantur ætati simplici, cuiq; facile imponitur. Ego uero in totum dissuaserim, ne rudis ætas inuoluatur instituto, unde non poßit explicari. Mature oportet eße Christianum, sero monachum, quanquám abunde monachus est, quisquis pure Christianus est. Neq; pauca sunt, quos superstitio, aut etiam stultitia deduat ad monasterium, ignaros quibus in rebus sita sit uera religio, ac pulchre sibi monachi uidentur si angulum aut cucullum gesserint. Hos si conspiciat sceleratiores esse in professione religionis, quã fuerit in uita priore, mirum uideri non debet. Itaq; tu mi Iodoce simul ac cognoueris, quid sit uera religio, ubi tuum ingenium, corpus & animũ exploraris, ubi genus uitæ dispexeris tuis rebus accomodũ, ubi nactus fueris sodalitium, quod unanimiter conspirat in Christũ, eò te conferas, sed domi relictis omnibus huius mundi cupiditatibus. Alioqui frustra mundum reliqueris, si mundum tecum in ipsum attuleris monasterium. Nihil omnino tecum efferas*

*Vere monachus qui*

Aegyptiarum delitiarum, si properas ad terram lacte ac melle manantem. Multi se credunt Antonios ac Paulos esse, qui non scortantur, non saltant, non inebriantur, cum toti madeāt intus, odio, liuore, cum scateant obtrectatione ac uirulentia linguae, cum omni fastu turgeant, cum morosi sint & intractabiles, cum sui sint amantes, cum sui compendij gratia palam adulentur principibus, sacientesq; ac prudentes sinant Christi gloriam oblitterari, quò suae gloriae consulant. Infame crimen est incestus, quanquàm isti nec ab his absunt uitijs, sed haec adulatio superat sexcentos incestus, & huius perniacs latißime patet in uniuersum genus mortalium. Iam fortasse mihi dices, tibi displicere monasteria omnia, nec usquā reperiri apud hos gregem, qui synceris animis conspirarit in Christum. Proinde tu sic mundum fac reliquas, ut innocentißimis quibusq; te adiungas, & in monasterio te esse puta ubicunq; uersaberis inter eos, qui ueritatem, qui pudicitiam, qui sobrietatem, qui modestiam amant, qui crepant, qui moribus exprimunt. Nec imagineris tibi quicquàm in uotis deesse, si uotum, quod Christo professus es in babptismo praestiteris. Neq; desideres Carmelitanū, aut Dominicalem cucullum, si candidam uestem in babtismo traditam conseruaueris incontaminatam. Neq; tibi displiceas, si non sis de grege Dominicalium aut Carmelitarum, modo sis de grege uere Christianorum. Bene uale nepos optime.

F I N I S.

ὅρα τέλος μακροῦ βίου.

SCILICET VLTIMA SEMPER.




EXPECTANDA DIES HOMINI EST.

γρηγορεῖτε οὖν, οὐκ οἴδατε τὴν ἡμέραν οὐδὲ τὴν ὥραν.